impii Vespesiani Titus diuturna obsidione Iudeos pressit insistens cum machinis et multis aliis bellicis instrumentis tandem non pauco suorum sanguine muros civitatis irrupit. Sed ad expugnandam interiorem templi munitionem quam reclusa sacerdotum multitudo ac principum tuebatur maiore vi et mora opus fuit. Quod tamen postquam in potestate redactum opere atque antiquitate suspexit diu deliberavit utrum tamquam incitamentum hostium incenderet an in testimonium victorie reservaret. Sed ecclesia dei iam per totum mundum germinat. Hoc tamquam effetum ac vacuum nulli usui bono commodum arbitrio dei auferendum fuit. Itaque Titus imperator pronuntiatus ab exercitu templum Ierusalem incendit ac diruit. ¶ A passione Christi usque ad hanc eversionem fiunt anni triginta et novem. A captivitate quam perpessi fuerant sub Anthioco anni CCXXXVIII. ¶ Anno secundo Darii quo redificatum fuerat templum anni DXC. ¶ A prima hedificatione templi facta per Salamonem anni MCII. Anno secundo imperii.

Titus muros urbis toto solo equavit. De Iudeorum eo bello occisis referunt Cornelius et Suetonius. Iosephus vero Iudeus qui tunc bello prefuit et apud Vespesianum propter predictum imperium veniam gratiamque meruerat scripsit undecies centena millia gladio cum fame periisse. Reliquos vero Iudeorum diversis conditionibus actos toto orbe dispersos quorum numerus ad nonaginta milia fuisse narrantur. Titus omnia ornamenta templi Romam tulit et locavit in templo pacis ut ait Hyeronimus. ¶ Vespesianus et Titus de Iudeis magnificum triumphum agentes ingressi sunt urbem. Pulcrum et ignotum ante cunctis mortalibus inter trecentos et viginti triumphos qui a conditione urbis usque ad id tempus acciderant. Hoc spectaculum fuit patrem et filium uno curru triumphali gloriosissime vectos. Qui continuo domi forisque omnium tumultu compresso pacem totius urbis pronuntiant et iam portas sexto ab urbe condita claudunt. Iure enim idem honor ultioni passionis domini impensus est qui et nativitati fuerat attributus. ¶ Tunc deinde sine ullis bellorum tumultibus in immensum Romana res publica provehitur. Siquidem Achaia, Licia, Rodus, Bizantium, Samus, Tracia, Cilicia, Comagena tunc primum redacte in provincias Romanis iudicibus et legibus paruerunt. ¶ Colossus erectus habens altitudinis pedes CVII. Quidam tradunt habuisse altitudinis tantum quantum iactus sagitte ascenderet. Erat autem collosus in Rodos statua habens formam hominis cuius caput perforatum erat capax XXX corum frumenti. Ad pedes perforata qua ascendebatur intus usque ad caput. ¶ Asconius scriptor anno etatis LXXIII visum amisit. Mox annis XII in summo honore est habitus. ¶ Gabinianus rethor celeberimus in Galia docuit. Anno nono imperii huius tres civitates Cipri terremotu corruerunt. Rome quoque ingens pestilentia facta per multos dies. Eo anno in ephemeride decem millia hominum morte gelusit. Pars magna Romane nobilitatis extincta. De moribus Vespesiani.

Vespesianus obscure natus est, sed optimis comparandus est. In vita privata illustris, ut qui a Claudio in Germaniam, deinde in Britaniam missus bis et tricies cum hoste conflixit et multa imperio Romano subiecit. Pecunie avidus fuit ita tamen ut nulli iniuste auferret. Colligeret quam cum omni diligentia et provisione colligeret studiosissime largiebatur precipue indigentibus. Nec autem eum cuiuscumque principis vel maior est liberalitas comprobata vel iustior. Lenitatis placidissime ut qui maiestatis reos non facile puniret ultra penam exilii. Offensarum et inimiciarum immemor fuit. Convitia a causidicis et phylosophis in se dicta leviter tulit. Cum quoque eum multe coniurationes facte fuissent eas ingenti dissimulatione contempsit. Diligens coercitor militaris discipline fuit. Senatui et populo amicabilis fuit. Colonias multas deduxit. Anno etatis LXVIII in villa propria circa Sabinos profluvio ventris mortuus est et inter divos relatus. Hic cum mortem instare sentiret se erexit in lecto et ait stantem excedere decet imperatorem. ¶ Huius imperii tempore coronam meruit Ravene Appollinaris primus episcopus eius urbis. Rome Linus episcopus eius urbis. ¶ Rufus patricius a beato Appollinare doctus et baptizatus. Mox Ciprianus episcopus ordinatur. Quid erat triumphus.

Lex erat ut dux Romani exercitus posset triumphare si V milia hostium in bello cecidissent, aliter non. Et sumptu publico susceptus fiebat. Fiebat autem hoc modo: exercitus victor appropinquans urbi ordinatus incedebat in armis. Dux triumphans precedebat in curru decorato sublimis lauro coronatus. Equi elegantes faleratum currum trahebant. Ante currum ducebantur captivi ex hostibus subactis et spolia capta ex hostibus. Populus romanus tripartitus obviam exibat in pompa maxima: scilicet equites per se, pedites alio ordine, tertio matrone cum parvulis et virginibus ornate. Hinc et illinc tubarum clangor variorum instrumentorum musicorum strepitus et multiplex cantus erat. In curru cum duce triumphante solum erat vilis famulus qui illum sepius colaphizabat dicens: cognosce te ipsum ne extollaris. Ea die licebat cuilibet illi convitiari impune et illa convitia erant iocosa. Unde et Cesari triumphanti quidam dictum est: Celtiberose, id est tignose, et risit Cesar.

Romanorum principum XI. Titus regit annis II, menses II. Capitulum VII. Anno Christi LXXXI.

Anno ab urbe condita octigentesimo XXXII Titus Vespesianus [illegible] anno principum Galba, Octhone et Vitellio ab Augusto septimus post patrem biennio imperium tenuit cuius tanta tranquillitas in imperio fuit ut nullius omnino sanguinem in administratione rei publice fudisse referatur. Et tamen Rome orto incendio plurime edes publice cremate sunt. Vesubius mons vertice ruptus tantum incendiis eiecit ut regiones vicinas et urbes cum hominibus exureret. Rome Titus amphiteatrum edificavit et quinque milia ferarum in eius dedicatione occidit. Mosonium Rufinum phylosofum de exilio revocavit. Mores Titi.

Titus utraque lingua disertissimus fuit omnium virtutum genere mirabilis adeo ut amor et delitie humane nature diceretur. Facundissimus, bellicosissimus, moderatissimus, causas latine egit, poemata et tragedias grece composuit. Hic in impugnatione Ierusalem sub patre militans XII propugnatores in muris XII ictibus sagittarum confixit. Tante civilitatis in imperio fuit ut nullum omnino puniret. Convictos adversum se coniuratores dimisit et in eadem familiaritate qua prius habuerat tenuit. Facilitatis et liberalitatis tante fuit ut nulli quicquam denegaret et cum ab amicis argueretur respondit nullum tristem debere ab imperatore discedere. Cum quodam die in cena recordatus fuisset nulli die illa quicquam prebuisse dixit amicis: hodie diem perdidi. Hic in usitato favore dilectus morbo periit in ea villa qua pater anno etatis XLII. Mortuo eo tantus luctus publicus fuit ut omnes doluerint tamquam in propria orbitate. Senatus eius obitu ad vesperam nuntiato nocte in curia irruit et tantas ei laudes gratiasque congessit quantas nec vivo umquam egerat nec presenti summo favore omnium inter divos relatus est.

Romanorum principum XII. Domitianus regnat annos XV, menses V. Capitulum VIII. Anno Christi LXXXIII.

Anno DCCCXXXIIII ab urbe condita Domitianus frater Tito succedit in regno qui per annos XV adeo paulatim per omnes scelerum gradus crevit ut confirmatissimam toto orbe Christi ecclesiam usque crudelissime persecutionis edictis convellere sit conatus. Hic primis annis imperii satis moderatus fuit. Mox ad ingentia vitia est prolapsus: libidinis, iracundie, crudelitatis et avaritie. Tantum in se odia concitavit ut merita patris et fratris aboleret. Bellum per legatos adversus Germanos et Dacos gessit pari rei publice pernitie. Cum et in urbe senatum et populum laniaret et foris male circumactum exercitum et assidua hostes cede afficeret, tamen sub nomine hostium superatorum de extinctis legionibus triumphavit. Deum et dominum appellari se iussit. Uxorem suam augustam nominari precepit. Nullam statuam nisi auream aut argenteam sibi poni in capitolio passus est. Eunuchos fieri prohibuit et vites in urbe plantari. Templum in urbe sine admixtione lignorum construxit. Edificavit quoque capitolium, forum transitorium, divorum porticus, ysium, ascerapium, stadium, horea piperatoria, Vespesiani templum et pantheon. Anno X regni. ¶ Mathematicos et philosophos ex urbe expulit. Mensem Setembrem appellari Germanicum voluit et Octubrem Domitianum. Consobrinos suos occidit et plurimos senatorum. Invidie simul ac prede causa alios in exilium trusit quos mox iussit occidi. ¶ Persecutiones in Christianos secundus a Nerone impavit. Eius tempore Iohannes apostolus in Pathmos relegatus insulam. Hac persecutione coronantur martires Cletus papa, Eutropius in Galliis episcopus et Nicomedes, Dionisius Ariopagita cum sociis. ~~Et fecit~~ sanctus Lucianus Petri discipulus. Sed ut audivit de regno Christi non temporalibus dicta persecutione cessavit et perditum venit Christianos celavit. Item philosophos ex urbe expulit. Iudeos qui de genere David erant iussit interfici acerbis cruentis tormentorum questionibus exquisitis. Timebat namque ex eo genere esse venturum qui regnum posset adipisci. Continuo quoque eum facta coniuratione in palatio occiditur a Petronio prefecto pretorio et a Parthemio spadone anno etatis XXXV. Cuius cadaver populari sandapila per vispiliones portatum et ignobiliter est sepultum. Inadventia. ¶ Clemens urbis episcopus tertius post Petrum ordinatur. Anno regni XII. ¶ Iosephus Flavius Iudeus ystoriarum scriptor vigesimum librum antiquitatum scripsit. ¶ Quintilianus Hyspanus Calagoritanus primus Rome scolam habuit salariatus a fisco. ¶ Tres virgines vestales stupri convicte et dampnate. ¶ Maxima virginum vestalium Cornelia convicta stupri iuxta legem defossa est.

Romanorum principum XIII. ~~nomine~~ Nerva regit anno uno, menses IIII. Capitulum VIIII.

Anno urbis DCCCXLIX secundum [illegible] Anno Christi LXXXVIII. Iuxta Eutropium quinquagesimo, secundum Orosium XLVI post DCCC Nerva senex succedit imperio operam dantibus Petronio et Parthemio occisoribus Domiciani. Vir vita privata modestus et strenuus nobilitatis medie. Hic rem publicam egregium et civilissimum prebuit qui Traianum ob eius indolem adoptavit in filium. Exules primo cunctos exilio revocavit. Senatus decrevit omnia esse irrita que

Domitianus quotidie secretum gerere consuevit sumens in qua nichil aliud curabat nisi muscas stilo preacuto configere.

Nota bene

ac scripturis omnibus hoc primum dixerit: Dominus ac deus Domitianus sic fieri iubet.

domitianus statuerat. Multi reuocati exilijs. plures bona sua receperunt. Johes apls exilio absolutus est. Nerua anno imperij eius sexto die obijt etatis anno. lxxij. agnoscamr inter diuos relatus est. Hijs temporibus agnoscuntur viri. Ignatius eps anthioc. Papias eps ierlitanus. Policarpus. Smirneus. Victorinus eps Amiterni. Romanorum

principum. xiij. regnat Traianus an. xviij. menses vj. Caplm. x. Anno xpi. c.

Anno vrbis. dcccl. Vlpius crinitus traianus ytalice natus hyspania nerua tradente suscepit imperium qui regnauit anis. xviij. 7 meses. vj. apd agripinam vrbem hyspanie insignia sumpsit imperij exercitu conferente. Rem publicam ita administrauit ut merito omnibus principibus pferatur. Inusitate ciuilitatis et fortitudinis fuit. Romani imperij qd post augustum mag defensum fuerat. quam nobilitatem platum fines longe lateqz diffudit. Transdanubium gentes multas subegit. transrenum in germania vrbes reparauit. Decebalo rege victo daciam prouinciam fecit. Subegit hybos. Sauromatas. Alroenos turingos eorum prouinciam decies centena millia passuum tenuit. Armeniam aparthis vendicauit. Albanis regem dedit. In asia maiori usqz ad fines indie. omnes regiones imperio romano subdidit. In mari rubro classem instituit ut p eam fines indie vastaret. In persequendis xpianis errore deceptus. tercius anerone persecutione fecit. Plinius secundus cum quadam prouinciam regeret plures xpianos occidit multitudine eorum perteritus consulit atraiano qd facto esset. nuntians ei preter obstinationem non sacrificandi ante lucanos cetus. 7 ad canendum cuida xpo ut deo nichil aput eos reperiri. Preterea ad confederandam disciplinam abijs vetari homicidia / furta / adulteria latrocinia et hijs similia ad que commotus traianus rescripsit. Hoc genus quidem inquirendos non esse ablatos uero puniri oportere. Ait tertulianus. leuioribus illico rescriptis que xpianos temperauit edicta. Anno vij. regni et natiuitatis abraam. ij. cxx. Anno viij. regni. Tunc rome fulmine domus aurea anerone priuatis publicisqz sumptibus constructa repentino conflagrauit incendio. Pantheon qz rome fulmine crematum est. Terremotus quatuor vrbes asie sub uerse. Elea. Mirena. Pitane. Cyme. Et grecie due. opyntorium. 7 Oritorium. Et tres in galliatia eruere. Antiochiam qz pene totam subuertit. Iudei aut incredibili rabie efferati p diuersas terrarum partes exarserunt. Nam p totam libiam aduersus incolas atrocissima bella gesserunt. que adeo tunc infectis cultoribus

desolata est. ut nisi postea adrianus imperator collectis aliunde hominibus colonias deduxisset uacua penitus terra abraso habitatore mansisset. Egiptum uero totam et cyrenem et thebaidam cruentissime turbauerunt / in alexandria bello arctati sunt. Rebellantibus Judeis in mesopotamia precepit traianus ul' vellutio lisye quieto presidi ut eos exterminaret qui eos persecutus prostrauit 7 procurator Judee est factus. Salaminam vrbem cipri. occisis in ea accolis deleuerunt. a. xvj. terremotus antiochiam pene totam subruit. Traianus militarem gloriam ciuilitate ac moderatione superauit. Rome et per prouincias equalem se omibus prebuit. amicos causa salutandi frequentans. ul' egrotantes. ul' cum dies festos habuisset. conuiuia cum hijs indiscreta vicissim habens sepe in eorum vehiculis sedens. Nullum senatorem lesit. Nichil iniustum ad augendum fiscum agens liberalis inamictos publice priuatimqz dictans omnes et honoribus augens. quos ul' mediocri familiaritate cognouisset. orbem terrarum edificans multas immunitates ciuibus tribuens. Nichil non tranquillum et placidum agens adeo ut omni ei etate unus Senator damnatus sit atqz is tamen per senatum ignorante traiano. Ob hoc per orbem terrarum deo proximus / non nichil venerationis meruit et viuus 7 mortuus. Inter alia dicta. hoc ipsius fertur egregium amicis eum culpantibus. quod nimium circa omnes esset comis. Rndit se talem debere esse imperatorem priuatis quales esse sibi imperator priuatos optasset. Traianus expedicionem veniens post ingentem gloriam belli domi comparatam / pro fluxo ventris ap Seleuciam ysaurie / extinctus est anno etatis. lxiiij. mense. nono. die quarto. Inter diuos relatus est. Ossa eius romam portata / in vrnam auream in foro. qd edificauit sup columnam posita sunt. Solus qz omnium intra vrbem sepultus. huius memorie tantum delatum est. ut usqz in longa tempora non aliter acclamatum sit principibus romanis nisi felicior augusto melior traiano. Persecutio tercia. Nomina martirum. Hij martires coronati sunt. Ignatius eps antiochie romam perductus bestijs traditus est cuius tau herof successit. Clemens vrbis eps in sathia in mari est missus. Fochas eps. Simon apls annorum centum et. xx. suffixus in cruce cui iustus nomine ierlitanam rexit ecclesiam. Romanorum principum. xiiij. helyus adrianus. xxj. reg. anis xxj. Cap. xj.

Anno ab urbe condita. dccclxx. Anno xpi. cxxviij. Adrianus traiani filius adoptiuus natus ex consobrina traiani italice in hyspania opida date.

plotina vxore traiani successit ul' succedit imperio. non tamen traiani opera imperio potitus est. Hic per quadratum discipulum apostolorum et aristidem athenensem / virum fide sapientia qz plenum et per serenum granium legatum / libris de xpiana religione compositis / instructus atqz eruditus precepit per epistolam ad minutium fundanum proconsulem asie datam ut nemini liceret xpianos sine obiectu criminis aut probatione damnare. Idem continuo pater in senatu vltra morem maiorum appellatus est et vxor eius augusta. Adrianus glorie traiani inuidens statim tres prouincias reliquit. quas traianus addiderat. i. caldeam mesopotamiam et Armeniam exquibus reuocauit exercitus ac finem imperij uoluit esse. Eufratem. Id de dacia facere voluit sed deterruerunt amici ne ciues romani. que ea regione degebant barbaris essent preda. Anno sexto imperij. Sauromatas bello vicit. Judeos quidam Palestinam depopulantes vltima cede perdomuit. vltus qz est xpianos. quos illico celba duce. cur ad auxilio romanorum non assentarent excruciabant. precepit qz ne cui iudeo introeundi Jerosolimam esset licentia. xpianis tamen ciuitas permissa erat quam ipse in optimum statum murorum extructione reparauit. 7 heliam de proprio nomine vocari precepit omissa plurima parte soli vrbis 7 amplectens eam partem suburbiorum qua crucifixus fuit noster dns Jhs. Anno quinto imperij. In libia qz deduxit colonias que a iudeis vastata fuerat. Adrianus pacem omni tempore sui imperij habuit. semel tamen per presidem dimicauit. Orbem circuit romanum multa hedificauit. Alexandriam a iudeis subuersam publicis instaurauit expensis. Rem publicam iustissimis legibus ordinauit. Athenensibus leges dedit ex Solonis et draconis libris editas. 7 ibi hyemans. plurimas edes construxit et eis dona largitus est. Agonem qz edidit. Et bibliothecham miri operis extruxit. Nam fuit vtraqz lingua eruditissimus non magnam habuit gloriam clementie gloriam diligentissimus circa Erarium et militum disciplinam. In amore puerorum parum continens. Antinoum nimie pulcritudinis puerum. quem tenere amans. In delitijs habuerat in egipto mortuum inter deos retulit et templum construxit. 7 sacerdotes posuit et prophetas et vrbem suo nomine appellauit. ludos qz annuos fieri illi compulit. adrianus reliqua tributorum vrbis relaxauit. cartis publice incensis. Plurimos 3 libros ipsis tributis relaxauit. Anno quarto regni. Terremotu facto Nicomedia ruit

et Nicene vrbis plurima pars eius a est. ad quarum instaurationem adrianus impensas de publico largitus est. a. xiij. imperij. Nicopolis qz et cesaria terremotu ceciderunt. Adrianus maior Sexagenario moritur morbo intercutis aqua in campania apud baias. Senatus ei tribuere nolebat honores diuinos. tamen cum successor eius titus Aurelius. Anthonius hoc vehementer exigeret et vniuersi senatores palam obsisterent tandem obtinuit. Templum veneris rome factum. a. xiij. Saluius Julianus iuris consultus sub hoc principe perpetuum edictum composuit. Aquila interpres ex ebreo in grecum libros edidit. Bassilides heresiarches alexandrie agnoscitur. Sub hoc principe coronati sunt martires. Papa xistus. Alexander papa. Eleuterius eps et antia mater eius. Euentius et theodolus presbiteri. Getulius et alij tres. Simphorosa et septem eius filij. Seraphia virgo. Sabina virgo. Et rome tres sorores germane carnis et spiritu. s. fides spes et caritas et earum mater nomine sapientia. Eustasius et vxor et filij duo Fausti nus et Julita. Romanorum principum. xiij. regnat Tytus aurelius Anthoninus cognomento pius cum filijs suis Aurelio et lucio. Anis xxij. menses iij. Caplm. xij. Anno xpi. cxxxix.

Anno ab urbe condita. dccc. xc. Anthoninus pius cognomento cum filijs suis Aurelio et lucio non plene. xxiij. anis regnauit. hic claro genere. sed non ad modum veteri adriani gener. in filium adoptatus est. vir laudabilis et qui merito nume pompilio conferatur. ut traianus romulo equiretur. Vixit ingenti honestate priuatus in imperio maiore. Nulli acerbus cunctis benignus. In re militari moderatus gloria defendere magis prouincias qz ampliare studens viros equissimos ad administrandum rem publicam querens bonos honore habens. Improbos sine aliqua acerbitate detestans. Regibus amicis venerabilis quam terribilis adeo ut barbarorum plurime nationes armis depositis ad eum controuersias suas lites qz deferrent. Is ante imperium ditissimus opes suas stipendijs militum et circa amicos liberalitatibus minuit. verum Erarium opulentum reliquit adeo tranquille et sancte vixit. ut merito pater patrie nominaretur. Pius propter clementiam dictus est. hic ta le verbum edidit Scipionis exemplo. Malo ciuem vnum seruare quam mille hostes occidere. Obijt aut apud lorium suam villam. xij. miliario ab urbe

. plotina .

ano etatis. lxxvij. Int^r diuos e relatus. Huius
temporibus valentinus hesiarches. et cedron
magist^r maytorie roma venerunt. Justinus
phs librum pro xpiana relligione editum Anthonio tr
adidit ac eum erga homines xpianos benignum
fecit. Taurus platonice secte appollonius stoy
ce. Arrianus maximus basilides scitopolitanus
phy illustres hntur. Mesomodes cretensis poeta
carminum cytharicorum agnoscitur. Et crescens cyni
cus qui persecutione mortis moui xpi ultimo sane
secte phyo quia cum gulosum et puaricatorem
phyam arguebat. Policarpus romam venit et
multos ab errore correxit. Galienus medicus
pergamo genitus rome clarus hetur. Martires
fuerunt eo tempore. Tolomeus et lutius. —

Romanorum principum. xvij. regit Marchus Ant
honius verus et lutius Aurelius seuerus cum
fratre annis. xix. mense vno. cap. xiij. Ano xpi. clxij.

Anno urbis. dcccc. xiij. Marchus anthonius
verus potitus impio fratrem suum regni fecit
consortem. hij primum impium equo iure rexerunt
Nobilissimi genere fuerunt. Nam patrie origo a nu
ma pompilio Matria a solentino rege pependit. //
Anthoninus verus gener quidem fuit pij predece
ssoris eius veri lutius fuit et frater et gener. Bellum
contra parthos gesserunt mirabili virtute ac felicitate
Velogesus enim parthorum rex rebellans post traiani
victoriam grauem eruptione. Armeniam cappado
ciam syriam que uastabat ad id bellum profectus e lutius
qui et comodus dictus est. Orosius uero tradit
Anthoninum verum ad id bellum profectum. Ego potius
de lutio credo. Postremo duces magis rebus
gestis Selutiam assirie vrbem sup ydaspem flumen
sytam cum trecentis millibus hominum cep. et cum
fratre eodem socero de parthica victoria triomphauit
Lutius aurelius comodus seuerus anno impij
eius xj. in venetia. Int^r concordiam et altinum urbes
sedens in vehiculo pter cum fratre eius morbo quem greci appole
xim vocant diem obijt. qui vir ingenij parum aulis
fratris reuerentia nichil umquam atrox e ausus. Inter
diuos tamen relatus e. Quo defuncto Anthonius
solus impij potitus e post fratris mortem annis. viij.

Mores impatoris. Vir tranquillissimus fuit
qui nec ab infantia vultum suum gaudio uel merore
mutauerit. Phye stoice deditus. non solum moribus
vite s^3 et erudictione phs. Tante admirationis ad
huc iuuenis fuit ut cum successorem parauit adrianus
relinquere adoptato tamen Anthonino pio generum eius
adeo esse voluerit ut hoc ordine ad impium perueniret

Institutus fuit ad phyam per apolonium calcedonem
ad scientiam literarum grecarum per plutarchum nepotem
litteras aut latinas fronto nobillissimus orator edo
cuit. hic cum omnibus equo iure egit. fastigio impij
ad nullam insolentiam est elatus liberalitatis promp
tissime. Prouintias ingenti benignitate et moder
atione tractauit. Sibus belli parthia fratre vi
uente grauis quarta vice a nerone ma[...] et con
tra persecutio in xpianos e acta et plurimi marti
rio coronati. Secuta tunc lues plurimis in fu
sa puintijs italiam tanta mole uastauit vt pa
ssim ville agri et opida sine cultore et habitatore de
serta in mixtas siluas concesserunt. Exercitum uero ro
manum cunctas que legiones per longinqua late hi
berna dispositas, ita consumptas fuisse fert. vt Mar
cho manicum bellum quod continuo exortum est. in nouo
uo delectu militum quem trienio iugit^r marchus an
thonius huic gestum fuisse refferatur. Hoc quidem bellum
marco manicum quod solum gessit adeo durum fuit ut
posset bellis punicis conpari. Nam eo grauius que
romani exercitus lue defecerant. dei tamen prouide
ntia administratum est vt patet plurimis argu
mentis, tamen maxime epla grauissimi impatoris
ut apte contestatus e. Nam cum iugi trienio apud
carnutum ingenti labore perseueraret. Romanus
exercitus obsistentibus fortissimis gentibus
hec, Squadis vandalis, Sarmatis. Sueuis et
omni pene germania et in quadorum usque fines pro
gressus, propter aquarum penuriam circumuenirentur
ab hostibus. et ipam sitim potius que hostes substinent
Quidam xpiani milites aducti sunt ad inuoca
tionem nominis xpiani palam magna fide in preces dif
fusi. tunc tanta vis pluuie effusa e. vt romanos
quidem sine iniuria largissime reficerit. barbaros
autem crebris fulminum ictibus perterritos presertim cum plu
rimi eorum occiderent in fugam coegit quorum ter
ga romani cedentes usque ad internitionem gloriossi
ssima victoriam. et omnibus pene antiquorum titulis
preferendam, tudi puoque militum nimo sub deo auxi
lio reportarunt. Extiterunt post multa tempora
ipius impatoris littere contestantis inuocationem
nominis xpi per milites xpianos sitim illam depulsam
et collatam fuisse victoriam. Idem anthoninus
comodum filium suum cesarem fecit regni fecit conso
rtem. liberatis pannonijs post bellum marcomanicum
actum per carnutum. romam rediens cum filio triomphauit
Ibi preterim temporis per omnes prouintias tributa do
nauit. Comodus antenatu augustus pater Antho
ninus filius comodus appellatus e. Multis multa

largiti sunt. Qua simul fiscalium negotiorum calumpn
iosa monimunimenta congesta iusserunt incendi. Seue
riores leges nouis constitutionibus temperauit. Post
hanc victoriam adeo edictione nimium fuit magnifi
cus et centum simul leones exhibuerit. hic cum
olim ad belli iam dicti sumptum erario exhausto
largitiones non haberet, nec indicere prouintialibus aut
senatui quicumque uellet instrumentum regij cultus. fecit
inforo diui traiani sectione distraxi. Vasa aurea po
cula cristalina. Murena vxoriam ac suam sericam
et auream vestem et multa ornamenta gemarum
ac per duos menses continuus vendictio acta e. multum
que auri redactum post victoriam tamen pretia restituit
qui reddere voluerunt. Nulli fuit molestus. hic
permisit uiris clarioribus vt conuiuia eodem cultu
et ministris similibus exhiberent. Anthoninus
etatis eius. ano. lxj. Impij autem. xix. morbo apud
pannonias. vite terminum dedit et int^r diuos est
hitus. Ph tempora viri clari noti sunt. fronto
orator. huius impatoris preceptor, de quo ait Juuena
lis. Frontonis platani conuulsaque marmora clama
nt. Apud pisas pegrinus pbs qui rogo quem ligni
is construxerat ipe semetipsum iniecit. Opianus alex
poeta qui Eutica miro splendore conscripsit Atticus
platonicus pbs. Titianus bardesanes heriticus.
Smirna urbs asie terremotu ruit ad cuius instau
ratione decenalis immunitas tributorum concessa est.

Nomina Martirum. Hij martires fecere marti
rium. Policarpus eps. Alexander eps. Alexander
et Gaius germanicus. Justinus eps. Epodius vi
ctor et corona. Felicitas et septem eius filij. Car
pus epus et virgo papilus agnoscitur. —

Romanorum principum. xviij. lutius anthoninus co
modus regnat annis. xiij. Cap. xiij. Ano xpi. clxxxj.

Anno urbis. dccccxxxij. Lutius anthoninus
comodus patri successit impio. in quo. xiij.
annis mansit. hic nichil patrinum huit. nisi quod contra ger
manos feliciter expugnauit. Ceterum pomia lu
xurie et obscenitatis dedecora depuatus gladia
torijs que armis sepe in ludo pugnauit et in amphi
teatro cum huius moi hominibus dimicauit. et cum feris cum
gressus. Interfecit plurimos senatores animadu
ertit nobilitate industriaque excellere. Anno im
pij. viij. regis flagitia pena vrbis insequitur. Nam
fulmine capitolium ictum e, ex quo facta inflamatio
bibliotecham illam maiorum cura compositam edes que
alias iuxta sitas ignis rapacitas concremauit. a. xj.
Deinde aliud incendium mox rome exortum. Edem veste
et palatium et plurima vrbis partem solo coequauit

Termas comodianas fecit. Mensem setembrem suo
nomine appelari conatus e. Colossi capite sub
lato sue ymaginis caput iussit imponi. Comodus
omnibus in comodus in domo vestiliani strangula
tus interijt tanta execratione omnium vt humani
generis hostis et mortuus judicaretur. hoc tempore the
odotio effesius interpres. et herenius epus lugdun
ensis insignes hntur. Nomina martirum. Ele
uterius papa. Appolonius senator. Fanstinus.
Julianus senator. Cecilia virgo. Anastasius
Symphorianus. Eusebius. Pegrinus.
Vincentius. Pontianus. Romanorum principum
xviiij. helius pertinax regit menses. vj. Cap. xv.

Anno urbis. dcccc. xlv. helius | Ano x. clxxxxiij.
pertinax maior septuagenario cum urbis pre
fecturam ageret ex senatus consulto impare e iussus
obsecrante senatu ut vxorem suam augustam et filium
suum cesarem appellaret. quod dixit. testatus sufficere
sibi quod ipe inuictus regnaret. Pertinax seditione
militum pretorianorum auctore saluio Juliano in
rista. altius Juliani nepote in palatio occiditur.
Mox ipe julianus a seuero apud pontem miluium
interficitur. postque rem. p. inuasit mensibus septem
exactis. Ita per pertinacem et Julianum annus vnus
assumptus e et mense et addicto. Romanorum prin
cipum. xx. Seuerus annis. xviij. menses. uj. Cap
xvj. Anno xpi. cxcv.

Anno urbis. dcccc xlvj. Seuerus genere affer
tripolitanus ab opido lepti solus ex africa
omni memoria ante et post romanus impator fuit
qui regit annis. xvij. hic in honorem pertinacis
quem Julianus occiderat pertinax voluit nominari
hic primo fisci aduocatus. Deinde tribunus militum
Mox per varia officia ad regendam rem. p. venit vir
parcus. natura seuus multis bellis sepe lacessitus for
tissime s^3 laboriose rexit. Pescenium nigrum qui in egipto
et syria rebellauerat apud tignum interfecit. Parthos
vicit, et arabas interiores adjabenos et arabas eo usque
superauit. vt et prouintiam faceret. multa toto orbe
reparauit. Sub eo clodius albinus qui in occidendo
pertinacem socius iuliano fuerat. et se cesarem in gallia
fecerat occisus e apud lugdunum. Seuerus preter
bellicam gloriam et ciuilibus studijs clarus fuit
literis doctus. phye ad plenum scientiam adeptus est
Nouissimum bellum in brictania habuit. Vbi magnis
prelijs gestis receptam insule partem a barbaris in dom
itis gentibus distinguendam vallo et fossis putauit
Itaque magnam fossam vallum firmissimum crebris etiam
turribus communitum per centum et triginta duo milia

passuū amari ad mare duxit. Jnbrictaniā apd del
borum oppidum ad modū senex morit᷑ et iter
diuos relatus est. Libros duos reliquit. bassianū
et Getam. hui᷒ imperatoris temporibꝫ apd antioch
iam terme seuerianie facte sunt. Rome ꝯ terme
illui᷒ nominis et Septi domū extructū ē. Viri
illustres Clemens alexandrinus scriptor hystoric᷒
Mussianus nr̄e secte phȳs tertullian᷒ afer. Orige
nes. cui᷒ pr̄ leonides ꝑ fide gloriose transiꝛt. Pa
teni᷒ phē stoicus. Narcissus epūs urbn. policarpus
et bacillus epi asiani. victor epūs urbis. policrates
et hyreminius ecclīaꝝ pastores int᷑ quos orta
ē q̄stio an pasca celebraret᷑ ſm legem Moysis
xiiij m̄sis ul' alit᷑. Anno. xij. Impij hui᷒ urbi
antiochie. celj. īuentū est eē annū Jubileū. Qu
inta ꝑsecutio hui᷒ tempore acta ē in xpianos vi
ctor papa. Nomina martirū. Hyreneus epūs
Ppetua felicitas. Saturninus Secundolus
Andeolus subdiac̄. Romanoꝝ p̄ncipuꝝ. xvij᷒. re
gnauit Antonius caracalla aīs. vij. et m
nisꝫ. Cap. xvij. Año xp̄i. ccvj.

Anno urbis. dcccclxij᷒. imparuit seueri filius
nomine bassianus qui nominatus ē mā
chus aurelius. Anthoninus caracalla aūt dictus
ē agnīe vestimenti qd̄ rome īduxit et ꝯtrario gen᷒
uestis ex hui᷒ noīe dictuꝫ ē. Anthoniana Geta
fr̄ ei᷒ statim po᷒ scelera sua hostis publicus iudica
tus ē. hic paulo asprior patre fuit. et minax imp
atientis libidim̄ fuit. qui nouercam suā Juliā du
xit uxorem. Rome opus fecit egregiū qd̄ dictū
ē therme anthoniane. Cū mundū aīs septem
regnasset. Anno etatis. xliij. vix ex acto molies
ꝯ parthos Jnt᷑ edessā et carras occidit᷑ circūue
ntus ab hostibꝫ qui publico funere elatus ē. Hui᷒
tempore in hierico quarta edictio diuinaꝝ scri
pturaꝝ īuenta ē. Cui᷒ auctor nō apparet.
Romanoꝝ principū reg̃. xviij. Ophilus Macri
nus cum filio anīꝫ .j. mēses. ij. Cap. xviij.

Anno urbis. dccclxviij. reg Anno xp̄i. ccxvij.
nat macrinus et filius eiꝰ diadumenus.
hic Macrinus p̄fectus p̄torij īuasit impiū. Sequēti
anō apud archelaidem militari tumultu occidit᷑
Carcensibus rome amphiteatrū incensuꝫ. Abagar᷒
vir sctus regnat Edesse. Ro. prin. regnat. xix᷒
Marcus aurelius. Anthoninus. aīs. iiij. cap

Anno urbis dccclxx. Rex xix᷒. Anō xp̄i. ccxviij᷒.
gnat marchus aurelius Anthoninus aīs
quatuō. hic filius caracalle putabat᷑. qui dū eēt
helyogabali templi sacerdos electus ē p̄nceps. hic
cū ingenti expetatione et senatus et militū ro
mam uenisset ꝓbrijs omibus se ꝯtaminauit impu
dicissime et flagiciosissime uiuens militari tu
multu orto rome cū matre sua Syna seru occidit᷑
Eo tempōe nicopolis ī palestina q̄ dicebatū E
maus ē ꝯdita. legationis industria ꝑ ea suscī
piente iulio africano scriptore tpꝝ. Sexta
edicto īuenta in neapoli. Sabellius hēsiar
ches apparet. Ro. prin. xx᷒ regnat mamee
filius aīs. xiij. Cap. xx. Anno xp̄i. ccxxiij.

Anno urbis. dccclxxiij. Aurelius alexa
nder ab exercitu cesar. a senatu augustus
ē dictus cui᷒ mat᷑ Mamea xpiana origenē pre
sbiterū audire curauit. hic ad modū Juuenis
xerxem regem ꝑsarum gloriosissime uic qui
militaris disciplīne tam seuerus coercatō fuit
ut quasdam tumultuantes legiones integras
exauctorauerit. Jn mameā matrem unicepius
fuit. eoqꝫ acunctis amabilis militari tumultu
cū annis. xiij. Jmpasset in gallia occisus ē. Vl
pianus iuris ꝯsultus hui᷒ fuit assesor cū rex
p. moderatione alexander comisit therme ale
xandrie rome fcē sunt. Origenes de alexan
dria ad palestinā ꝓgressus ē. Rome Julius afri
canus scriptor agnoscit᷑. Germanus p̄sbiter
antioche᷒ et ypolitus et uerilius epūs arabie
clari hītur. Origenes uocatus uenit ad mameā
quā instruxit. Origenes ut fatet᷑ apl's. vj. lib
rum pret᷑ epistolas ex suis legit qui ut prou
biū talis erat uita q̄l' simone. nam nec lecto ia
cebat. Carnes nō edebat nec uinū bibebat. cal
ꝯeo nō calceabat. Eusebius cesariensis et Ru
finus presbit᷑ aqlegenses de eo scripsit Jeronimo.
Romanoꝝ. prin. xxj᷒. regnat Maximin᷒. Cap
xxj. Anno xp̄i. ccxxxvj.

Anno urbis. dccclxxxvij. Maximinus pr
imus ex corpore militari sine auctē sena
tus ab exercitu imperator ē factus. bello ꝯ germ
anos gesto felicit᷑ ap aqlegiam cū filio suo am
bitibus ꝯsiis deftus apupieno occisus ē hic odio
mamee xpiane matris alexandri qꝫ occiderit ꝛ
origenis ꝯ xpianos et maxime ꝯ sacerdotes
cleros et doctores ꝑsecutionē sextam exercuit
post neronē. Po᷒ h̄ tres simul electi sunt. S.
pupienus et balbinus frat᷑ eius int᷑fectores
maximū obscuro ꝯnē nati rome electi sunt. gor
dianus nobili ꝯnē natus prē gordiano q̄ i africa
ꝑ ꝯsulatum gerebat ibi ab exercitu cesar electus
est. Nomina martirum eiu᷒ ꝑsecutionis.

Pontianus papa. Hyrenus epūs. Antherus
papa. Panphilus presbit᷑. Juliana virgo. Ci
riacus papa q̄ post pontianū sedit. licet nō heat᷑
cathalogo episcopoꝝ romanoꝝ renūtiato papatu
cū bta ursulina. ꝛ c. xj m virginū martiriū fecit.
Romanoꝝ p̄ncipum. xxij᷒ regnat Gordianus
aīs. vj. Cap. xxij. Anno xp̄i. ccxl.

Anno urbis. dcccxcj. Gordianus ad modū
adolescens imperator romā uenit. statim qꝫ
pupienus et balbinus qui rem. p. inuaserant
ī palatio sunt occisi. hic iam portas apuit. q̄s
utrū post uespesianū et titū aliqs clausit. nō tr
aditur. Cornelius tacitus scriptōꝝ tradit eas
portas a uespesiano po᷒ anīꝫ apuisse ut clausit
eas post euisionem yersin. Apertis igit᷑ iam portis
ꝯ parthos dux exercitū quos felicit᷑ supauit
Jnde rediens nō longe a finibꝫ regni romani fra
ude philipi qui post eū regnauit occisus ē. Go
rdiano milites tumulū erexerunt. xx. miliario
a circesso qd̄ iminet Eufrati. Eius ossa romā
lata et int᷑ diuos relatus est. Hui᷒ tempore Fa
bianus urb epūs ordinatus, spū scō ī spetie colū
be sup caput ei᷒ descendente ī testimoniū electiois
adeo. Africanus scriptor ad huc floret et the
odorus q̄ dictus ē gregorius epūs ponti. discip
ulus origenis Romanoꝝ p̄ncipum reg̃. xxiij᷒ phi
lipus cū philipo filio aīs. vij. Cap. xxiij. Anō
xp̄i. ccxlvj.

Anno urbis. dcccxcvij᷒. Philipus
imperio potitus ē qui filipū filiū suū regem
fecit ꝯsortem in quo annis septē mansunt. hic ꝑ
mus augōꝝ xpiane fidey cultor fuit. Exercitū
ex siria ī ytaliam traduxit incolumē. Jn trachia ur
bem sui noīs ꝯdiderunt. theatrum pompey ince
nsum est rome. Post tantum impij horum annū
millessimus annus a ꝯdita urbe impletus est. ꝓpt
qd̄ rome ludi maximi celebrati. ambo tū fraude
detij ab exercitibus sunt occisi. phy᷒ pr̄ uerone.
alt᷑ rome. ꝛ int᷑ diuos relati sunt. phy᷒ filius adeo
seueri animi fuit. ut nullo cui᷒qꝫ comito ad riden
dum soliu potuerit. prēm qꝫ ludis iocularibus
petulanti᷒ chachinantem uultu aduso notauit
Augusta nō nominabat᷑ seuera. de hoc traditur
qꝫ in vigilijs pascalibus offitijs intesse uoluerit
s̄ epūs urbis illius eum ꝓhibuerit. n̄ penittuerit
et int᷑ penitentes staret. nec alit᷑ copiam misterioꝝ
sacrōꝝ hrē nisi culpas ꝑ penitentiam diluisset
Jniunctā penitentiā humilit᷑ tulit et equanimit᷑
adimpleuit. Hoc tempore agnoscit᷑ Jeronimus
presbit᷑ alexandrinus uir appme eruditus ꝑhia
xpiana et doctor exiui᷒ et africanus qui cronichaꝝ
diligenti studio edidit. quā ꝛ Jeronimus huic exe
mplar. hoc tempore Origenes iam sexagenari᷒
comentat᷑ et scripsisset eplās imperatori ꝛ Seuē auge.
Romanoꝝ p̄ncipū. xxiiij᷒. Decius reg̃ anō uno
m̄ eses. iij. Cap. xxiiij. Anno xp̄i. cclij.

Anno urbis. M. quarto decius epanonia
inferiore budalie natus fuit. filiū suūꝫ
Cesarem fec̄ cū quo tribꝫ aīs regit. Rome hedi
ficauit lauacrū. Jbi amphiteatrū incensuꝫ ē. Ob
odiū xpianoꝝ ꝑsecutionē septimā fecit. sub quo
multi martirio coronati sunt. ꝓpt eiu᷒ ꝯ xpianos
edicta ferulia. Jpi aūt bello barbarico sunt occisi
ī cuiuito eqbus decius gurgite paludis ē mersus
ita ut nec cadauer eiu᷒ potuerit inueniri. hui᷒
uxor fuit trifonia augō xpianissima q̄ mox mar
tirij palmā adeptus ē. Nouatus qꝫ ꝑbit᷑ cipam
epi romā ueniens nouū ērorem comouit. spem
penitus salutis adimēs elapsis ī peccatū. ꝛ si mox
digne penitērent. ob hoc rome fcō ꝯsilio damna
tus eror est eoꝝ qui chatharos ī mundos se ape
llarunt. Hui᷒ tpr̄ nascit᷑ Anthoninus mona
chus. qui mox vix aīs. c. ꝛ v. Hac ꝑsecutione co
ronati sunt hij. Fabianus papa. Laurentius
diaconus ecclie romane. Serapion. Romanus
miles. Polioronius epūs. Alexander epūs. Me
litor epūs. Olimpis et maximus. Calocerius
et parthemius. Aggatho ꝓgentus ꝛ laurētus
frēs. Abdon et senen. Cornelius papa. Ma
charius et virgo victoria. Hij epi clari erant
Dionisius alexander. Demetrianus anthioc.
Teorilius cesaree. Machabenes yrlm. Fir mili
anus cappd. Helenus tharsi. Romanoꝝ p̄ncipum
xxv᷒ Gallus hostilianus ꝛ uolusianus filius re
gnat. aīs. ij. Cap. xxv. Anno xp̄i. cclvj.

Anno urbis millimo septo. Gallus hostilia
nus ꝯ filio suo uolusiano vix aīs duobus
imperium obtinuerūt. Hij ad ꝑsequendū ecclīaꝫ. detij
edicta ꝑsecuti sunt. Qui aduersus emilianum
ꝑfecti res nouas ī mesia molientem ī foro flami
nis siue ut alij putant. Jnt᷑ amne int᷑fcti sunt
Emilianus qꝫ tercio m̄se īuase tyrānidis occidit᷑
horū cesarū tpr̄ incredibiliū morboꝝ pestis exte
dit᷑. nulla ferre puincia romana nulla ciuitas
nulla domus fuit q̄ n̄ illa ꝯnāli pestilentia corre
pta atqꝫ euacuata nō sit. Maxime egiptus ꝑfli
gata ē. Ciprianus magnus rethor et humi
lis xpianus agnoscit᷑. Origenes anno etatis
lxx᷒. morit᷑ cui᷒ corpus tiri ē ꝯditū. Philipus

Nicopolis

nō longe a magūtia

ꝑsecutio 7ma xpianoꝝ

eps p(ost) sanctae eugeniae Alexandriae martirio coronat(ur). Sabellius heresiarches agnoscitur. Ro(manorum) pri(ncipum) xxvj. reg(nat) Valerianus et galienus filius annis xv. Cap(itulum) xxvj.

Anno urbis Millesimo nono | Anno xpi. cclviij.

Valerianus in retia et norici agens ab exercitu cesar factus. Mox a senatu augustus est dictus. Horum imperium romano nomini perniciosum fuit et exitiale in felicitate vel ignavia principum. Valerianus igitur assumpto imperio octavam a Nerone persecutionem agens ad ydolatriam xpianos arcebat ab negantes in fecia(?) fatiebat. Unde per omnes imperij fines sanguinem sanctorum effudit. Nam primo xpianorum amicus depravatus et magus factus est et xpianorum occisor. Valerianus in mesopotamia bellum gerens a sapore persarum rege superatus et captus apud parthos ignominiosa servitute consenuit. Nam quamdiu vixit humi acclinis regem in equum ascensurum non manu sed dorso attolere aptabatur. Galienus post hec factus augustus claro dei iudicio territus tanquam misso premotus exemplo. pacem ecclesijs trepida satisfactione restituit. Sed non pensat deus unius impij iniurie ultionis quam emensuram. Contra tot millia excruciata sanctorum. Iustorum quoque sanguis ad deum clamans in ea terra qua fusus est vindicari se rogat. Non enim de solo constitutore precepti iusto supplicium iudicio flagitabatur. sed et executores delatores accusatores ad iudices postremo omnes qui in tabilissime crudelitati vel tacita voluntate assentiebantur quia deus secretorum cognitor est. quorum maxime per omnes provincias pars hominum versabatur. Eadem ultionis plaga corpi(?) iusti erat. Solvuntur repente in fines romanos circumposite gentes laxatis habenis Galieno qui primo feliciter mox comode ultimo perniciose regebat imperium in omnem lasciviam dissoluto. Germani alpibus rethia tota quoque ytalia penetrata. Usque Ravennam penetraverunt. Alamanni gallias penetrantes. et in ytaliam transierunt. Grecia Macedonia. Pontus asia Gothorum inundatione delentur. Dalmatia transdanubiana imperpetuum aufertur. Quadi. Vandali. et sarmate. Pannonias depopulantur. Parthi. Mesopotamiam auferunt siriamque corodunt. Igitur impio romano labente per aliquot duces subsistentium est. Postumius in gallia obscure natus assumpta purpura annis x. imperavit et provincias ingenti virtute reparavit mox a militibus est occisus. Marius vilissimus opifex purpuram accepit secunda die interfectus est. Victorinus vir strenuus galliarum accepit imperium cum nimie libidinis esset et aliena matrimonia

corrumperet anno secundo eius imperij est occisus. Tetricus senator qui equitaniam ut preses regebat absens a militibus electus apud burdigalam purpuram sumpsit magnamque militum seditionem est passus. Per Odovaciu in oribieti(?) sunt per se. siria defensa. Mesopotamia recepta et usque ad tesifontem penetravit. Odovacar ista galieno rem. pu. deserente imperium in oriente per odovacium in occidente per postumium est defensum. Galienus post annos sex quibus cesar fuit sub patre et post alios novem qui augustus imperaverat fraude duas sui areoli. Mediolani cum fratre suo occiditur. Anno tertio imperij valeriani ciprianus carthaginensis episcopus coronatur martirio qui multos libros pro fide xpiana edidit. Elutius papa. Dyonisius episcopus alexandrie. Çeno episcopus veronensis. Agapius et secundinus episcopi. Pontius qui convertit philippum imperatorem et filium. Asterius senator. Protus et iacintus. Domicila et Maxima. Rufina et secunda virgines. Bassila virgo. Iovinus et basileus. Priscus et malchus. Alexander. Eugirius et eulogius. Trecenti martires igne consumpti Kartagine. Romanorum principum xxvij. reg(nat) Claudius ann(is) ij. Cap(itulum) xxvij. Anno xpi. cclxxiiij.

Anno urbis Millesimo vigesimo quinto Claudius a voluntate senatus assumpsit imperium. Statimque Gothos per xv annos. Illiricum Macedoniamque vastantes bello adoritur et in misa strage delevit adversus. ccc. almanorum non procul a lacu benaco. in insula que ligana dicitur dimicans tantam eorum multitudinem fudit ut egre pars dimidia superesset. Intra biennium morbo correptus interijt et inter divos relatus est. *: firmi* Senatus cum ingenti honore decoravit. Nam et in curia clipeum eius aureum. in capitolio statuam eius auream imposuit. Fuit autem vir parcus modestus. iusti tenax ac rei. p. tuende ydoneus. Quintilius eius frater post eum imperator electus a militibus a senatu augustus est dictus vir unice moderationis et civilitatis fratri et preferendus. xviij. die impij eius occisus est. Dionisius papa. Felix papa. Marius Martha uxor audifax et abachum filij eorum. Valentinus presbiter. Eusebius monachus. cclx. martires rome. Cirilla filia decij imperatoris. Cesarius et Iulianus presbiteri. Paulus samus hereticus agnoscitur cuius error antiochie sancto galio condempnatur urgente alchione presbitero eius ecclesie viro fideli et peritissimo.

Romanorum prin(cipum) xxviij. reg(nat) Aurelianus ann(is) v. menses vj. cap(itulum) xxviij. Anno xpi. cclxxvj.

Anno urbis Millesimo xxviij. Aurelianus dacia ripensi oriundus suscepit imperium quod gubernavit annis quinque mensibus sex. vir industria militari excellentissimus ad crudelitatem propensior. Expeditione in danubium suscepta gothos magnis prelijs profligavit. Ditionem romanam antiquis terminis statuit Magno alexandro seu cesari dictatori non obsimilis. Nam romanum imperium triennio ab invasoribus receptavit cum alex. annis xiij. per ingentes victorias ad indiam pervenisset. Et gaius cesar decennio gallias subegerit. adversus cives quatriennio congressus. Çenobiam que occiso viro suo Odenato syriam sibi vendicaverit, magis prelij terrore quam in prelio in potestatem redegit. In ytalia tribus bellis victor fuit. Uno apud placentiam, altero tycanensibus campis. ultimo iuxta amnem metaurum ac fanum fortune. Tetricum militum tumultus sustinere non valentem sibique scribentem. Eripe me his invicte malis. ac per hoc proditorem sui exercitus sine labore superavit. Hinc mox de magnatu(?) providit sic recuperator finium imperij in urbem triomphans ingressus est. Provintiam daciam quam traianus ultra danubium fecerat intermisit vastata omni illirico et mesia desperans eam posse teneri abductos quoque romanos ex urbibus et agris datie in mediam messiam collocavit. Appellavitque daciam eam que nunc duas mesias dividit. et est dextera danubio in mare fluenti cum ante leva fuerit. Iste urbem muris validioribus cinxit. Porcine carnis esum populo instituit. Primus apud romanos diadema capiti suo inposuit. Gemmis et aurata veste, quod adhuc fere incognitum romanis moribus videbatur instituit. Monetarios qui vitiatis pecunijs in urbe rebellaverant, victos ultima severitate compescuit, Severus et sanguinearius fuit ac necessarius magis. in quibusdam tamen amabilis. imperator trux omni tempore qui filij sororis occisor. plurimos nobilium capite dampnavit. discipline militaris et morum dissolutorum corrector fraude servi sui occiditur. qui ad quosdam militares viros. amicos eius ipsorum nomina pertulit falso anotata manum illius imitatus tamquam Aurelianus ipsos pararet occidere. Itaque ut preveniretur ab ipsis occisus est in itinere medio quod est inter constantinopolim *et heracleam* [cancelled word], mors tamen eius non fuit inulta. Meruit tamen inter divos referri. Paucis diebus ante diem eius necem, fulmen magno pavore ante eum decaderat, digne adeo et hominibus punitus. qui nonus a nerone in xpianos persecutione seviebat. Huius tempore coronati sunt. Euticianus papa. Revertanus episcopus et paulus presbiter basilides et alij duo et viginti. Quirinus tribunus. Sabianus. Theodora soror hermetis martiris. Speusippus et eulesipus

gemelli. Thomon(?) et filius eius et teulus. Paulus samius episcopus antiochie convictus erroris. Ciriacus episcopus de ecclesia sua eicitur remittens aucte anham(?).

Romanorum principum xxix. reg(nat) tacit(us) menses vj. Cap(itulum) xxix.

Tacitus vir egregie moratus et rei. p. gerende ydoneus suscepit imperium nil dignum memoria gessit. sexto mense imperij occisus in ponte. Florianus successit. nil acto insigni apud tharsum tertio mense occiditur. Romanorum principum xxx. reg(nat) prob(us) an(nis) vj. menses iiij. Cap(itulum) xxx. Anno

Anno urbis Mxxxiij. probus in xpi. cclxxiij. imperium adeptus est, qui annis sex et mensibus quatuor imperavit vir illustris gloria militari gallias a barbaris occupatas ingenti preliorum felicitate liberavit. Vineas gallos et pannonios habere permisit almam montem apud syrmium et aureum apud mesiam superiorem vinetis conseruit et provincialibus dedit colendas. *probus occiditur apud sirmium turri que vocatur ferrea* Rom. prin. xxxj. regnat Carus et filij numerianus et carinus an(nis) ij. Cap(itulum) xxxj. Anno xpi. cclxxxviij.

Anno urbis Millesimo xl. Carus Narbone natus in gallia factus augustus statim filios suos Numerianum et carinum cesares fecit. qui biennio imperavit. Cum bellum adversus sarmatas gereret nuntiato parthorum tumultu in orientem profectus est. ibi res gessit feliciter. Chocem et thesifontem urbes parthorum nobiles cepit. Cum castra super tygridem haberet ictu fluminis perijt. Numerianus filius eius cesar quem secum adduxerat egregie indolis adolescens cum oculorum dolore correptus in vehicula vectaretur. Impulsore socero eius apro peremptus est. Et cum dolo mors eius occultaretur quousque aper invaderet possit imperium fetore cadaveris mors eius est prodita. Milites enim qui sequebantur odorem sentere cadaveris. Revelantes igitur palijs post aliquot dies mortem illius prodita habere. Carinus qui in illirico et itallia cesar remanserat omnibus se sceleribus inquinavit plurimos innoxios fictis criminibus perdidit. Matrimonia nobilium corrupit. Condiscipulos quoque qui eum in auditorio ubi fatigatione vexaverunt perniciosus fuit. atque omnibus invisus hominibus non multo post penam dedit hoc quoque augusto plures martires coronati. Victorianus Victor Nicoforus. Claudianus. Dioscorus. Papias Seraphion. Crisantus et daria qui regij requiescunt. Claudius et hylaria uxor et filij Jason et Marius et alij. lxx.

Romanorum principum regnat. xxxij. diocletianus.

et heracleam [margin]

Diocletianus 7 Maximianus herculius primo
et mox Galerius 7 Constantius illis viventibus
annis xx. Cap. xxxiij. Anno xpi. cclxxxxj.

Anno urbis. Mxlij. dyocletianus dalma
tia oriundus succedit imperio obscure natus
ut scribe filius vel ut ferunt alios anulij. Senatoris
libertus fuisse traditur, annis xx. regnavit. primum in con
ventu iuravit. Numerianum sine dolo eius perem
ptum. 7 cum iuxta eum esset aper qui mortis insidias
numeriano struxerat in conspectu exercitus eum
occidit. Carinum deinde, quem carus cesarem in
dalmatia liquerat flagitiose viventem difficili be
llo superavit ab exercitu suo destitutum. Dehinc
cum in gallia amandus et eliandus collecta rusticanorum
manu perniciosos tumultus excitassent. Maxi
mianum cognomento herculeum cesarem fecit. mi
sitque in galliam qui facile agrestium imperitam ma
num militari virtute compescuit. Deinde Carau
sulibus. Hoc anno Innocentius urbis episcopus ordinatur
qui sedit annis xv mensibus ii diebus xxi. Sanctus Ale-
xius claret anno imperii x et urbis condite mclx
consulibus Stilicone secundo et Anthemio. Radagaisus
Rex Gothorum barbarus Scitha qui omnem ro-
manum sanguinem diis suis voverat cum cc gothorum
repentino discursu totam Italiam inundavit. Fit
metus in urbe. Aiunt urbem destitutam et maxime
picturam quia deos in sacra perdiderint, xpi nomen blasphe-
mat. Agitur de repetendis sacris et celebrandis.
Romani duces duos paganos, scilicet Uldin et sarum
hunorum et gothorum duces copiis suis preficiunt.
Sed deus urbem hiis ducibus liberari nolens Rada-
gaisi infatuavit consilium qui pertitus nutu dei
in fesulanum montis vertice se arctavit cum copiis quas
tunc habebat. Cum fame ac siti eius laboraret exerci-
tus, Radagaysus sibi soli volens consulere fugam
molitus est solus, qui captus romam perducitur. Mul-
titudo illa barba et carcere trusos mox privatur. Mu-
ltitudo illa barbarorum more vilium pecudum venun-
data est, que apud emptores et possessores brevi interim
titione pene consumpta est. Anno sequenti xi imperii
archadio vi et probo consulibus vandali traiecto Reno
in gallias sunt diffusi pridie Kalendas Januarias.
Altero anno honorio viii et theodosio secundo consulibus
Constantinus in britania tirannus exoritur et ad
gallias transit. Interea Stilico comes vandalorum
imbellis avare perfide et dolose gentis editus genere
parvipendens quod sub genero imperatore regnabat
Eucherium filium suum iam dudum xpianorum persecutionem
meditantem in imperium quoquomodo substituere nite-
batur. Quamobrem alaricum cunctamque gothorum
gentem pro pace optima et quibuscumque sedibus supplican-
tem ac simpliciter orantem occulto federe fovens pub-
lice autem et belli et pacis copiam negans ad terren-
dam Rem publicam reservavit. Preterea gentes alias co-
piis viribusque intollerabiles hoc est halanorum, Su-
cviorum, vandalorum ipso quoque simul motu impulsorum
burgundionum ultro in arma sollicitavit. Eas quoque
interim Reni ripas pateret et pulsare gallias vo-
luit sperans misere sub hac necessitatis circumstantia
a genero imperium extorquere ad filium. Igitur ubi
imperatori honorio exercitui que Romano hoc tantorum
scelerum scena patefacta est, quo moto iustissime
exercitu occisus est Stilico qui ut unum puerum pur-
pura indueret totius generis humani sanguine effusi-
onem exposuit, occisus est. Eucherius quoque qui ad con-
ciliandum sibi favorem paganorum restitucione templorum
et ecclesiarum eversione est imbuturus. Regni primordia
minabatur paucique cum his satellites tantarum mo-
litionum puniti sunt. Ita minimo negotio et
paucorum pena ecclesia xpi cum imperatore religioso et
liberate sunt et vindicate. Anno xiii imperii
Archadii et honorii a morte patris eorum theodosii
basso et philipo consulibus Archadius moritur constan-
tinopolim ut supra narratum et theodosio eius filio
sibi regni successore constituto. Ro. prin. xliii. reg.
honorius in occidente. theodosio fratris filio in oriente re-
gnante, quod honorius post mortem fratris regnavit ann. xv.
Cap. xliii. Anno xpi. cccxii.

Anno urbis conditae. M. clxiii. Honorius cum iam annis
xiii cum fratre regnasset, post regnavit cum theo-
dosio minore annis xv. Eo anno ipso honorio viii

Et theodosio tertio consulibus Vandali hyspanias oc-
cupaverunt. Eodem anno attalus rome imperator est factus
qui mox privatus gothis adhesit. Anno sequenti
Flavio Ravenne vicario consule roma a gothis capitur.
Nam ut supra videatur Alaricus rex gothorum in-
gressus ytaliam cum ab honorio expeteret sedes
quibus cum suo exercitu posset consistere, honorius de-
liberato consilio ei gallias concessit. Qui dum ad gallias per-
geret ob restaurationem iumentorum apud aliquam diu
substiterunt. Stilico comes in perniciem rei publice Gothos
pertemptans dum eos insidiis aggredi cuperet belli sum-
mam Saulo duci pagano commisit, qui ipso sacratissi-
mo die pasce Gothis nil tale suspicantibus super eos ru-
it et eorum magnam partem prostravit. Nam primum Gothi
propter diei religionem cedentes demum arma corripiunt
et victorem virtute potiori prosternunt exercitum.
Hinc in rabiem furoris excitantur, ceptum iter deserunt
et romam contendunt cuncta que ibant ferro igneque
vastantes, nec mora urbem capiunt, spoliant, vastant,
incendunt. Dato tamen precepto prius ut si qui in sancta
loca precipue apostolorum petri et beati pauli basilicas
confugissent, hos in primis inviolatos securosque si-
nerent. Tunc deinde in quantum possent preda inhi-
rent a sanguine temperantes. Illis diebus innocen-
tius urbis episcopus dum esset apud ravennam peccatori populi
non vidit excidium. Discurrentibus per urbem Gothis
ex eis xpianis unus virginem etate provectam in
ecclesiastica domo repperit, quod ab ea aurum et argentum
honeste peteret, apud se plurimum et mox proferen-
dum spopendit et protulit. Cumque expositis opibus
atonitum barbarum magnitudine, pondere, pulcri-
tudine, ignota etiam vasorum qualitate intelligeret, vi-
rgo xpi ait ad barbarum: Hoc petri apostoli sacra sunt
utensilia, presume si audes, de facto tu videris. Ego quia
defendere nequeo tenere non audeo. Barbarus ob re-
verentiam religionis timore dei et fide virginis
motus ad Alaricum pro hoc nuntium retulit, qui continuo
ea vasa ad petri basilicam reportari imperavit. Vir-
ginem etiam simul quoque omnes qui se adiungerent xpianos
eodem cum defensione deduci. Ea domus a beati bea-
ti petri magna intercapedine abstabat. Itaque magno
spectaculo omnium per singula loca super capite lata sunt
vasa, exertis undique ad defensionem gladiis, coeunt
unt omnes ad vasa petri visenda et et pagani. Vasa
ad locum suum reddita sunt. Capta est igitur roma a go-
this anno urbis conditae M. clxix. anno nativitatis xpi. cccxiii.
Fauio varane vicario consule anno secundo imperii theodo-
sius iunioris post primis excessum post modico cla-
rissima urbis loca que inflamari ab hostibus non potu-
erunt

a fulminibus dirupta sunt. Gothi deinde per campa-
niam, lucaniam bruciniamque que simili strage debacantur
cupientes in siciliam pergere regnum pervenire. Cum navibus
ascensibus transmearent passi sunt naufragio
pluribus suorum amissis. Alaricus dum inter hoc deli-
beraret quod acturus esset apud consentiam subita mor-
te preventus est. Gothi basentum amnem de alveo suo
captivorum labore derivantes Alaricum in medio
alveus eius cum multis opibus sepelierunt. Amnem
priori alveo redentes ac ne quis locum scire posset
captivos occidunt. Deinde athaulphum alarici affi-
nem Gothi regem constituunt. Romam redeunt, si
quid residuum erat more locustarum abradunt. Vi au-
ferentes gallam placidam theodosii augusti filiam soro-
rem honorii, quam sibi athaulphus apud forum cor-
nelii coniugio sociavit, cum qua sicut prosperum scriptorem
vixit quinquennio. Hec multo comodo mox rei
publice fuit. Nam mariti acerrimo ingenio subtilibus
blandimentis deflexit ut ultro a romanis pacem
expeteret, qui ad gallias profectus fraude suorum
apud barcilonem occisus est anno v. post romam cap-
tam et placidam abactam. Post quem Segericus regnum
cupiens dum pacem romanis servare disponit a suis
perimitur. Vallia deinde regnandi iura suscepit, ad hoc
electus ut pacem infringeret, ad hoc adeo ordinatus ut
confirmaret. Ante bienium irruptionis excitate ut dictum
est Stilico comes plurimas gentes barbaras, id est al-
anos, suevos, vandalos et burgundiones in arma su-
scitavit, qui transito Reno Gallias Franchosque in-
vadunt directoque impetu pyreneum usque pervene-
runt cuius obice ad tempus repulsi per circumstantes pro-
vincias refunduntur. Multi tiranni dominantur.

Anno alto post Romam a gothis captam the-
odosio augusto quarto consule apud britanias
Gratianus municeps eiusdem insule tyrannus cre-
atus occiditur. Huius loco Constantinus ex infima mi-
litia propter solam spem nominis sine merito virtutis
eligitur, qui continuo ut invasit imperium in gallias tr-
ansiit, ibi a barbaris incerto federe illusus detrimento
rei publice plurimum fuit. Hic misit in hyspaniam iudices
quos cum provincie obedienter accepissent duo fratres iu-
venes nobiles et locupletes Didimus Verinian-
us non assumere quidem adversus tyrannum tyrannidem sed im-
peratorem iustum adversus tyrannum et barbaros tueri
se se patriamque moliti sunt quod ipso geste rei ordine
pactuit tirannidem nemo nixi celeriter maturatam
secrete invadit et publice armat cuius summa est alium
pro dyademate ac purpura videri amique sacri. Hii
non plurimo tempore suos tamen suos ex propriis predis

colligentes tabernaculis alentes sumptibus eorum ab
seque cum suaque inquietudine ad pyrenei claustra tene
bant. Adversus hos constantinus constante filium suum
ex monacho cesarem factum cum barbaris quibusdam
qui quondam in fedus recepti atque in militiam allecti
honoriani vocabantur in hyspaniam misit. Constans
barbarorum fultus presidio eos fratres qui privato
presidio pirenei alpes tuitabantur. Prelio primo
interfecit his barbaris quibus in premium victorie
primum predandi in palatinis campis licentia data de
hinc supradicti montis claustrorum quoque eis cura permis
sa est remota rusticanorum fide et utili custodia. Igitur
honoriani preda imbuti quo magis scelus impuni
tum foret predicta pirenei custodia claustra usque pa
tefactis cunctas gentes que per gallias vagabantur
hyspanorum immittunt provintijs. hisque ipsi adiungu
ntur. Itaque post multas strages et incendia et ra
pinas tandem divisis sedibus barbari ad aratra conversi
sunt et romanorum residuos ut amicos et socios fo
vere ceperunt.

Anno urbis .M.clxv. honorius imperator videns rem
publicam tot malis oppressam et tot tirannis oppo
sitis nichil adversum barbaros posse agi ipsos ti
rannos prius deleri iubet. Constantio comiti
huius belli summa commissa est. Constantius comes
in galliam cum exercitu profectus. Constantinum im
peratorem apud arelatem urbem clausit cepit occidit.
Constantem constantini filium gerontius comes suus
vir nequam magis quam probus apud vienam interfecit
atque in eius locum maximum quendam substituit. Ipse
vero Gerontius a militibus suis occisus est. Altero
anno Maximus exutus purpura vita donatus
est quia modestia et humilitate usus fuerat mox in
hyspania egens exulavit. Eo anno athaulphus
cum gothis in gallias sunt ingressi. Tertio anno
lutiano et heracliano consulibus idem heraclianus
sabinus gener cum tribus milibus et septem gentis na
vibus ex africha romam veniens in occursu comitis
marini territus in fugam conversus arrepta navi solus
carthaginem redijt. ibique peremptus est. Sabinus
gener eius constantinopolim fugit unde retractus
exilio dampnatus est. Jovinianus apud gallias mox
assurgens occiditur. Sebastianus eius frater
solum ut tirannus moreretur eligitur. horum continuo
ut creatus occasus est. Sequenti anno honorio
x. et theodosio. vj. consulibus. Attalus a gothis ad
hyspanias migrantibus neglectus et presidio ca
rens vivus capitur et constantio patricio traditur
cum occasi inter tirannos honor et morum lucrum fuisset

qui iussus honorio manu truncatur et liparis
relegatur. quem anno tertio sequenti honorius trionph
ans ante currum duxit mox quoque dampnavit ipso honorio
xj. et constantio secundo consulibus. Tertulus consul qui
ausus est in curia dicere loquar vobis patres conscri
pti consul et pontifex quorum alterum teneo alterum
spero male partus est. Anno. vij. imperij horum ho
norio x. et theodosio. vj. consulibus. Athaulfus go
thorum rex vir placidie assensu vulneratus interijt.
Anno sequenti theodosio septimo et paladio consulibus
vallia rex Gothorum pacem ab honorio expectens
Gallam placidiam sororem honorij quondam athaulphi
coniugem apud se honeste habitam constantio reddidit cui
mox in nuptias promeruit. Anno altero ut dictum
est honorius trionphans urbem ingressus est ante cu
rrum eius attalo ducto. Anno altero honorio. xij.
et theodosio. viij. consulibus. Constantius in urbe
vicario multa pro fide mira contra pelagianos egit. Eo
anno papa Zosimus concilium chartagine huit
eporum. ccxiiij. Eo concilio heresis pelagiana dan
nata est agente contra eum augustino episcopo. Et valen
tinianus constantij et placidie filius sexto nonas
Julias nascitur. Maximo et plincta consulibus eli
gitur Bonifatius qui sedit annis tribus mensibus. viij
dies sex. Eo anno Constantius pacem firmat
cum vallia rege Gothorum data eis ad habitandum
acquitania galijs civitatibus vicinis provintie.
Anno proximo theodosio nono et constantio tertio
consulibus honorius cernens se virtute et fide consta
ntis tempore pacis et belli tueri cunctis sufra
gantibus apud Ravennam consortem regni adsciscit consor
tiorum qui nec dum mensibus septem exactis moritur.
Anno quinto quoniam huius uxorem placidam. Hoc
anno moritur beatus hyeronimus etatis anno. xci.
pridie kalendas octobris. Anno hinc proximo
honorio. xiij. et theodosio. x. exercitus contra van
dalos in hyspaniam mittitur duce castino. qui castinus
bonifatium virum preclarum bellicis artibus qui
ibidem diu dux fuerat inepto iniurioso quoque imperio
ab expeditionis sue societate avertit. Bonifatius
vero periculosum sibi et indignum ratus sequi eum quoniam
discordem superbientem quoque expertus esset celeriter se ad por
tum urbis deinde in africham tendit magnum post rei
publice detrimentum totius quoque africe exadij cum fuit. Cast
inus vero ob suam intemperantiam tanto collega pri
vatus nichil dignum in hyspanijs gessit. Anno ul
timo imperij honorij mariano et asclepiadoto consu
libus placidia augusta a fratre honorio pulsa ad orientem
cum filijs suis honoria et valentiniano proficiscitur

Eo anno papa Celestinus eligitur qui sedit annis
viij. mensibus. x. dies. xvij. Honorius postquam cum minore
theodosio fratris filio annis. xv. imperavit. cum ante eum
prius annis duobus et cum fratre Archadio. xiij. regnasset
Roma occidit liberis orbus. re. p. bene in pace dis
posita. cuius corpus in mausoleo pulcro apud basi
licam beati petri apostoli est locatum. Fuit autem honorius
patri moribus et religione non multum absimilis cuius
temporibus multa bella civilia et extra modica
effusione sanguinis conquievit. huius tempore hedi
ficata est apud ravennam in cesarea et ab ipso suisque su
mptibus quoque basilica beati laurentij martiris opera lau
rentij procuratoris illius. Romanorum princeps xliij regnat
theodosius junior annis. xxvij. cum quo imperavit
in occidente valentinus gener et consobrinus annis
xxv. Capitulum. xliij. Anno xpi. cccxxvij.

Anno urbis. M.clxxvij. Mortuo honorio
theodosius archadij filius regnat in oriente
annis. xxvij. cum iam post mortem patris regnasset
annis xiij. et cum patre viventi annis. vij. qui pla
cidum valentinianum amite sue placidie et constan
tij filium cesarem fecit et cum matre ad occidentale
misit imperium obtinendum. Johannes tirannus qui sub
honorio in gallijs magister filii militum fuerat presidio
castini magistri militum fulctus occidentis Imperium
invaserat. Placidia cum filijs placido valentiniano
et honoria per mare veniens periculo tempestatis
et naufragij. beati Johannis evangeliste vovit basi
licam sui nominis struere si ravennam pervenire(t) inco
lumes. que exaudita ea urbe in honorem ipsius he
dificavit ecclesiam speciosam. cuius altare mar
moreum idem beatus Johannes sacravit nocte videnti
bus ea placidia et barbato barbatiano presbitero
capelano ipsius auguste. cuius altaris celebritas agi
tur. iiij. Kalendas martias. Theodosio. xj. et valentin
iano consulibus placidia et valentinianus contra Johannem
duxit exercitum. Johannes dum africam quam bonifa
tius tenebat bello repeteret ad defensionem sui in
firmior est inventus. denique venientes placidia et
Valentinianus cesar. Johannem mira felicitate pre
munt. et regni gubernacula victores arripiunt.
Castinum Magistrum dampnant exilio quia eius fictione
arripuisse imperium credebatur Johannes. data venia
Etio qui hunnos eius studio removissent ad propria
quos per ipsum Johannes acceperat. Valentiniani mili
tes Ravennam crudeliter populati sunt eo quod eius
cives parti tyrannice favere multum favissent. Hoc
placidus valentinianus decreto theodosij appellatus
est augustus. Dum hec acta sunt. Arelata nobile

oppidum galliarum a gothis multa vi oppugnatum
est. donec imminente. Etio non impuniti abscesserunt.
Computatio annorum vera.

Anno tertio imperij theodosij. eo theodosio. xij. et va
lentiniano. ij. consulibus. anni ab abraam anno. ij. cccxl.
ab urbe condita. M.clxxx. ante xpi. cccxxviij. Patro
clus arelatensis episcopus a tribuno barnabo multis vul
neribus laniatur quod facinus iussu felicis magistri mili
tum perpetratum creditur.

Anno sequenti hiero et ardabure consulibus adversus
bonifatium apud africham gloria et potentia
pollentem mittuntur Maurotius et Galbio qui dum boni
fatium obsidere parant ab ipso vincuntur et occiduntur.
Rursum contra eum mittitur Sigisvultus comes. Boni
fatius sentiens se totam africam tenere non posse. Vanda
lorum et halanorum gentes cum eorum rege Genserico ab hyspa
nis in africam intromittit qui africham ingressi cun
cta cedibus et rapinis vastant et fidem catholicham subu
ertere presidia. Anno altero Nestorius episcopus constanti
nopolitanus novum errorem induxit predicans xpm ta
ntum hominem et divinitatem collatam huius pro merito
A papa celestino et Cyrillo episcopo alexandrino
rome convincitur. Eo anno pars galliarum propinqua
Reno quam franci possidebant occupata armis etij
comitis recepta est. Pelagianus hereticus novum
herorem disseminat. Celestinus papa Germanum in
brictanis dirigit qui deturbatis hereticis brita
nos ad chatolicam fidem direxit.

Anno natus xpi. cccxxix. theodosio. xiij. et
valentiniano. iij. consulibus quinto Kalendas septemb
ris moritur augustinus episcopus ypponensis summus doctor
ecclesie annis. lxxvj. etatis actis et xl. clericatus. qui
omnes tam grece quam latine lingue scriptores ingenio
superavit. Etius comes cum uxore sua padusia
et Gruntium diaconum quos sibi insidiari comperat occi
dit. Anno sequenti apud ephesum synodus congrega
ta est. in qua papa Celestinus errorem nestorij et
pelagiani dampnavit. Ad scotos in xpm credentes
ordinatur primus episcopus palladius et mittitur. Etio et
valerio consulibus ordinatur Sixtus urbis episcopus. qui
sedit. a. viij. dies. xix. hoc anno totius orbis mi
rabili pace Bonifatius ab africa ad italiam venit
accepta magistri militum dignitate qui cum resistentem
sibi Etium prelio superasset paucis diebus post morbo in
terijt. Etius vero deposita dignitate: cum in agro suo
degeret a quodam suo Emulo repentino incursu
opprimi tentatus est. qui inde profugus tendit
in urbem inde dalmatiam deinde in pannonias tendit
ad hunnos quorum amicitia auxilioque usus pacem.

Scot

principatum Etius in tota potestate obtinuit. Theodosio xv et Valentiniano iiii consulibus iii idus Februarii pax facta cum Vandalis, data eis per xxx annos ad habitandum portione Africe Ypponie. Eo anno Gandigarium Burgundionum regem inter Gallias habitantem Etius non bello perimit pacemque ei supplicanti dedit, qua non diu gavisus est. Nam Hunni mox eum cum stirpe et suo populo deleverunt. Anno xpi. cccxxxv.

Isidoro et Senatore consulibus anni sequentis Gothi pacis bona perturbant, urbes sedibus suis vicinas infestant maximeque oppidum Narbonense obsidione affligunt. Litorius comes adveniens hostes in fugam convertit, civitatem obsidione liberat, eo maxime frumenti copia allata. Etio ii et Sygisvulto consulibus anni sequentis bellum contra Gothos geritur auxiliantibus Hunnis. Anno xpi. ccc.xxxvj.

Gesericus rex Vandalorum in Africa fidem catholicam ariana peste molitur subvertere, episcopos nostros sedibus et urbibus expulit. Eo anno barbari federum destructores Siciliam et alias insulas predantur. Valentinianus etiam augustus ad Theodosium augustum consobrinum proficiscitur hoc anno eiusque filiam matrimonio accepit. Gesericus in catholicos viros sevit tormentis et suppliciis quos ad arianam sectam convertere nequivit. Theodosius xvii et Festo consulibus Litorius qui secunda ab Etio potestate Hunnis auxiliantibus preerat dum etiam gloriam superare appetit cum Gothis congressus vincitur et capitur. Pax deinde cum Gothis humilis facta est et in gloria Gothis optabilis. Eo anno Etio rebus que degerebantur intento in Galliis Gensericus de cuius amicicia nichil metuebatur Kartaginem dolo pacis invadit, omnesque opes eius excruciatis atrociter civibus in ius suum convertit, nec ab expoliatione ecclesiarum abstinuit, quas et sacris vasis exinanitas et sacerdotum administratione privatas non iam divini cultus loca sed suorum habitacula esse iussit. Capta est igitur Kartago anno dlxxxv. Anno xpi. cccc.xxxviij.

Valentiniano augusto v et Anatholio consulibus anni sequentis Leo diaconus legatus ad componendum in Galliis inter Etium et Albinum, mortuo Syxto papa, expectatus ab ecclesia romana urbis episcopus eligitur. Eo anno Genesicus in Siciliam ducit exercitum sed accepto nuntio quod Sebastianus vir bellandi peritus de Hyspania in Africam tenderet ad Africam celeriter rediit. Qui Sebastianus volens se magis amicum quam hostem videri de regis barbari amicicia presumens ab eo in Sicilia necte peremptus est. Ciro viro clarissimo consule Theodosius rebus Africe volens succurrere tres duces scilicet Ariobindum, Ansilam et Germanum cum exercitu in Siciliam mittit. Hi contationibus res agentes magis Sicilie oneri quam Africe fuere presidio. Et quia per id tempus Hunni Trachias et Illiricum vastabant, duces qui in Sicilia erant ad defensionem orientalium partium revocantur. Rome terremotus qui edes magnas fecit corruere. Eo anno pax confirmata est inter Valentinianum augustum et Genesicum regem Vandalorum certis spatiis in Africa positis. Genesicus de rex successibus elatus quod suos superbit, conjuratur in eum a suis. Detecta conjuratione multos variis extinxit suppliciis, magisque talibus processibus eius est atenuata potentia quam si acri prelio conflixisset. Maximo et Patherio consulibus papa Leo plurimos secte Manicheorum in urbe latitantes in auditum adduxit, erutos de latebris eorum, quos dogmatis sui turpitudinem dampnare fecit et prodere consentientes, quorum codices adducti sunt in ecclesiam, et non solum urbi sed et universo orbi prout divinitus provisum est. Cum patefactum fuit quibus perfidie laterent huius pravi dogmatis creduli. Theodosio xviii et Albino consulibus Athila rex Hunnorum Boblam fratrem suum et regni consortem perimit et universam Hunnorum gentem sue subiecit ditioni. Altero anno sequente fuerunt consules Valentinianus vi et Nomius cum eo. Moritur Theodosius filius.

Anno xxvii imperii Theodosii ut regit post Honorium patruum cum iam annis xxi cum eo regnasset moritur Theodosius iunior Archadii filius apud Constantinopolim, cum quo regnavit Valentinianus consobrinus et gener annis xxv, et ibi cum patre sepultus est. Huius temporibus ut supra continetur Synodus apud Ephesum facta. Nestorius et Pelagianus heresiarches apparuerunt. Gens Scotorum fidem xpi accepit a Celestino. Et dyabolus in specie Moysi Judeis in Creta apparuit, qui eos per mare pede sicco ad terram promissionis promittit perducere. Plurimi eorum iter tale attentantes in mare sunt suffocati. Reliqui salvi facti ad xpi fidem convertuntur.

Romanorum principum xlv. Placidus Valentinianus annis v cum regit in oriente. Martianus hos annos et duobus ultra. Cap. xlv. Anno xpi. cccclij.

Anno urbis M.cciiij post mortem Theodosii regnavit Valentinianus in oriente et occidente annis quinque cum iam annis xxv cum Theodosio regnasset. Et Martianus in oriente succedit Theodosio qui cum Valentiniano regnavit annis v et post eius mortem annis duobus. Interea rex Hunnorum Atila dum cum fratre suo regnum inter Panonias et Daciam gereret, Macedoniam, Misiam, Achaiam et utrasque Tracias profligabat ut solus dominio potiretur fratrem suum regni consortem perimit et sibi soli populos subicit. Fultus igitur tantarum subsidio gentium ad occidentale imperium demoliendum intendit. Eius siquidem imperio erant subiecti Ardaricus rex Gepidarum, Gothorum rex Valamir, Marcomanni, Suevi, Quadi, Eruli, Turgilungi, Sive Rugi omnes cum propriis regulis aliaeque plurime barbare nationes in aquilonis plaga morantes. Atila quamque sic viribus validus astutia tamen res attentat et dolo. Ne igitur Romanis et Gothis unitis bello sibi dimicandum esset scribit Romanis se Gothos velle appetere hostes suos. Gothis quoque suggerit velle congredi contra Romanos. Etius dux exercitus Romanorum in Galliis non minori astutie providens legatos dirigit ad Theodoricum Visogothorum qui apud Tholosam regnabat, et cum eo pacis federa sotiavit, qui sibi suisque rebus ab Atila timebat. Promittunt igitur socialiter contra Atilam pugnare. Romanis et Gothis fuerunt auxilio Burgundiones, Halani, Franci, Saxones, Riparioli, Sarmate, Armoritiani et pene omnes populi occidentales ad dimicandum parati quos Etius ad belli societatem constitui (?) erat. Conveniunt igitur in campos Cathalaunos. Atila primo impetu regem Burgundionum sibi occurrentem perimit. Deinde cum ad locum certaminis ventum esset aruspices consuluit de belli eventu. Is Atile infausta denuntiat ut tamen de hostili parte ductor occumberet. Atila dum Etii necem quam sciebat denuntiari putat, non dubitavit suorum pernitie committere prelium dummodo Etium suis motibus fortiter obsistentem posset extinguere. Committitur itaque pugna iam in vesperum die urgente ut si superaretur ab hostibus imminentis noctis tenebris se posset occultare. Conveniunt hinc et inde gentes fortissime, diriguntur acies et fero pugnatur. Fit prelium acre et pertinax quale vix ulla narrat hystoria. Nox superveniens pugnandi facultatem ademit. Eo siquidem prelio clxxx hominum cesa referuntur tantumque sanguis est effusum ut rivulus qui illuc labebatur subito torrens non modicus sit effectus. Atilam sane de morte de morte Etii sua fefellit opinio. Nam incolumi Etio rex ibi Gothorum Theodoricus occubuit, in quo prelio quamvis navit (?) cessisset exercitus, constat tamen Atilam superatum fuisse, qui cum die altera inter plaustrorum munimenta se continens erumpere non auderet nec cessaret tubis clangore perstrepere, Thorismundus Theodorici regis filius dolens de paterno funere statuit Atilam obsidione artare ut eum eiusque exercitum usque ad internecionem deleret. Tunc Atila de vite fiducia iam desperans ex equitatoriis sellis ingentem pyram construxit ut ibidem se a Gothis imminentibus supposito igne cremaret, ne aut quisque de eius letaretur vulnere aut rex tantarum gentium in potestatem hostium perveniret. Etius vero incaute perpendens Romanos a Gothis perempto Atila deprimi ne deinceps adversus Gothos si necessitas incumberet solatium non haberet, Torsimundo quasi rebus eius consulens persuadet ut domum reverteretur, regnum paternum acciperet ne si abeuntem invaderent germani et acerbius ei esset cum suis quam cum hostibus dimicare. Hoc ille consilium tamquam pro sua salute prolatum libenter amplectens domum reversus est regnumque paternum suscepit. Ceterum Etius talia machinatus est ut Atilam ab eius sumptione subduceret. Inscius heu in visu hominum quantum hac persuasione detrimentum patrie intulit dum avertere cepit. Acrior Atila cernens se relicto hostes ad propria remeare, erectis animis ac spe salutis elevatus Panonias repedavit multumque potiorem exercitum eo acervans Italiam furibundus intravit ac primum Aquilegiam civitatem in ipso Ytalie sitam principio expugnare agressus est. Quam cum continuo triennio obsidens cum adversus eam strenue dimicantibus civibus nichil prevaleret, longumque in mora sui exercitus non valentis famem tolerare audiret, cum die civitatem circuit ut ex qua parte eam facilius expugnare posset ingrederet, cernit repente aves in hedifitiorum fastigiis nidificare solitas quas ciconie uno impetu ex urbe migrare fetusque suos sublatos rostris. Prura forinsecus deportare aspicite inquit ad suos aves futurorum prescias perituram relinquere civitatem, statimque adhibitis machinis ortatur suos acriter insistere pugne. Expugnat urbem et sine mora capit, diripiuntur opes, trucidantur vel captivantur cives. Residuum direptionis igne sumpto flamma consumpsit. Fuit in ea urbe mulier nomine Digna forma corporis venusta sed animi decore precellens, genere claro sub urbis menia habitacula tenens. Hec eversa urbe ne barbarorum libidini suo corpore obsequeretur se exaltaturi in fluvium pudicitie conservatione deiecit.

Anno nativitatis xpi. ccccxlv. Aquilegia est subversa. Huius obsidionis tempore condita est urbs Venecie in diocesi que Castellum dicitur. Nam locupletes viri Venecie fugientes direptiones exercitus Atile cum familiis et preciosa suppellectile relictis propriis sedibus navibus succedentes honusti sedes posuerunt in insulis ubi dicebatur Rivus altus securi ab impetu barbarorum quibus non erat navium usus ad inimicis inferendam, et cum aree ad habitacula non sufficerent navibus vehentes harenas eduit areas sunt

moliti mox hedifitia posuerit. Atilla diruta a
quilegia illius regionis opida diruit et i cendit
Concordiam urbem altinum sive patauinu vici
nas aquilegie urbes illius ad instar demoliens solo
coequauit. Exinde pdiuisas venetie urbes hoc ē
vicentiam veronā. brixiam pgamum. seu reliqu
as nullo resistente bachatr. Mediolanū et ticinū
pari sorte diripuit. ab igne tn̄ abstinentes et ferro.
Mox emule urbes eodem modo diripiunt. Rauene
tamē hoc mō pepcit. Johanes eius urbis eps suo clero
comitatus i albis ex urbem ad atilam in suburbijs
obsidentē cū suo exercitu supplex accelerit. Orat
ut urbi pcat et ciuibus. Atila viri audita opin
ione nutu dei delibato respondit parcere uolo. Sz ne
ciues tui glorientur suo consilio uel uiribus nrē obstiti
sse potentie urbis portaz postes deposite sint ut un
gule nrī exercitus equoz illos calcent. Quā
conditionē sint ciues Rau libent amplexati. trans
iuit igit p urbem cunctis in uiolatis. Tandē pue
nit ad locū ubi Montonus flumē intrat in padū ibi
qz castrametatus ē. Ibi atila aīo uolutat an erit
hostis ad urbē romā cui animo hostis erat metu
eius sortē alarici regis Gothoz qui ut urbē diripuit
modico tempore sup uix. Interea cū aīo talia agitan
ti Romanus eps leo pmus occurit legatioē decē
nti. qui cū ad regem barbaroz introgressus ēēt
cūcta ut optauerat obtinens nō solū rome sz totius
italie reportauit salutē. Tantus naqz fuerat atila
dei nutu nec aliud a sacerdoti eloqui ualuit, ni
qd ipē poposcerat. Ferunt itaqz post discessuz pō
tificis interogatū fuisse atilam a suis cū ultra morē
solitū tantā reuerētiam romano epō exhibuerit. qm̄
qdam pene ad omīa q ille imparasset obtemparit tū
regem respondisse. Nō se eius qui aduenerat psonam
eē reuerētuz. Sz aliū se viruz iux cū i habitu sacerdocta
li astantem vidisse forma augustiorē canicie vene
rabilē. Illū qz euaginato gladio sibi terribilr morē
minantē nisi cuncta q ille peteret explesset. Igr
atila tali mō a sua repulsus sententia relicta ytalia pān
onias repetit. Ad quē honoria valentiniani pncipis
germana. dū astre ob decus pudicicie districte seruaretur
retur suū Eunuchū ad atilam dirigit quatenus
eam i matrimoniū extorqret. Accepto igr atila
hoc nūtio qr iam ytalie fines excesserat. nec statim
fatigato exercitu ingredi poterat mandat valenti
niano pncipi peiora minitans si inproximo illaturū
italie nisi mox ei germanā suā cū pte regni debi
ta transmisisset. qui regressus ad proprias sedes
sup plurimas qs hebat vxores puelam ualde de

corum. Ildico nomine sibi matrimoniū iuxit ob
cuius nuptias pfusa exercens gaudia. dū tantuz
uini quantū nuqz ana simul bibisset. cū supinus
quiesceret eruptione sanguinis qui de eius nari
bus solitus erat effluere suffocatus ē. Ei demqz
nocte ap constantinopolim Martiano imperatori in
somnijs aparuit dns. Archū atile fractū osten
dens quo. s. armoz gnē gens illa i bello maxime
solet cōfidere. De miraculo fidei xpiane pro san | ctis epistolis.

Dum hec geruntr pelagiane
heresis assertores brictanioz fidē moliebāt
subuertere. A galloz gō optis petentes auxiliū
Sanctissimū virū germanū altisiodorensem
epm̄ multis clarū virtutibus acceperunt et eque
aplice gnē virū lupū epm̄ tretasenam qui nō mi
nus signoz miraculis quā doctrine vbis omēs
ad sane fidei confessionē reduxē. His ibidē epis exi
stentibus ingens et ualida saxonū pictoz qz ma
nus i uadit brictanias. Brictani arma corripiunt
et hostibus obuiā pgunt. Cū quib; bts Germa
nus sponte se offerens vna pgit inpliu. cūqz acies
directe ad dimicandū starent tub hinc et inde cla
ngentibus. Impat scts Antistes ut nō fiendo tu
barū clangoribus ul gladijs. in deo sz spē ponāt
Cūqz ipē prior inclinaret omīs vna voce gloria cū
dem rnderiut sinonē. Mox eleuata magna voce
sonuit Alleluia. Cūqz omīs exercitus sublato
clamore ad sidera Alleluia rnderet. cuncta qz
p circuitum loca resultarēt continuo tantus pauor
hostes i uadit. ut dissoluta acie fugam arriperit
ac si singuloz ceruicib; gladius i mineret et tre
mebundi ad propria confugerunt. Igr quia pluri
mū i iuidiam virtus parit. valentinianus impator
quantū res edocuit psperos etij sucessus ptimescēs
eūqz simulqz quendam Boetium senatorē occidit
Ita vir bellicosissimus Etius et qdam atile regis
teror ocubuit cū quo parit et occidentis impium
salus qz re. p. corruit nec ultra ualuit releuari sz
neqz mors etij valentiniano cessit impune. Nam
et ipē anno sequenti a trasilla etij milite rome ad
locū qui dicitur ad laurū confussus interijt cū iā annis
xxx. rexisz impium equib; xxv. cū Theodosio so
cero cū martiano uō anos. v. impauit. Sz iā rome
placidia matr interierat. v°. Klendas decenbris.

Romanoz pncipum. xlvij°. Regn martianus anni
ij. Cap. xlvij. Anno xpi. cccclvij.

Anno urbis. Mccviij. Martianus mortuo vale
ntiniano cū iam cū eo anis quinqz regnasset
successit impio qd mox gessit anis duobus. Igr occiso

placido valentiniano. Iura regni maximianus ap
urbē i uadens nec dū duobus expletis msibus
a romanis peremptus occubuit. Gensicus continuo
aduectus nauib; ex africa cū ualidissimo exercitu
vandaloz atqz mauroz adē. Exterriti romani
urbem deserunt. Vrbem omī psidio vacuā itrat
Gensicus rex cui portā illi occurrit ptius roma
nus eps leo iā dictus. cuius atrociam idē eps sir
moliuit. ut ab igne et cedibus abstineret atqz
supliciis diebus. xiiij. urbē spoliant optima qz
inde auferentes. Roma suis opibus vacuata
ē. multaqz milia captiuoz. pro ut quisqz etate
aut arte placuerat cū regiā Eudosia q Gensicuz
ad hoc facinus inuitarat duob; qz eius filijs
ex valentiniano Kartaginē sunt aducta. cap
ta ē igit roma a uandalis hoc anno mō. Rege ge
nsico a. xliiij. exactis. postqz cū alaricus rex
Gothoz cepat ab urbe cōdita ā. Mccviij. anat
aut x. ā. cccclvij. Relicta igit urbe p cam
paniā se se vandali. mauri qz difundunt cū
cta ferro flamis qz consumunt oculis speciosa di
ripiunt. Nobilissimā ciuitatē capuā capiūt
et usqz ad solū deiciunt pdantr captiuant
Nolam alias qz plurimas ciuitates pari mō
pfligant. Neapolim et quas capere nō potuit
agrauis rebus exinanitas relinquunt. quicū
qz gladio supat captiuitatis iugo subicitur
Intr has pcellas vir pijssimus paulinus nola
ne urbis eps postqz qcqd hēre poterat in
captiuoz redemptionē expendit. Nouissime
se ipm̄ helemosinā fecit. Nam cū qdā vidue fi
liū suū captiuū flentis lacrimas cōferre nō po
sset nec hēre qd ei erogaret cū ea vidua i afri
cā est pfectus. seqz barbaro dnō p eius vidue fi
lij cōmutatione dedidit. Futurus cuius sctitas
cū apd eos barbaros dei nuptu cognita foret
demū cū omibus ciuibus suis ad urbē propam
ē reuersus. Gensicus uō postqz italias opib;
locupletatus ē i africam ē regressus. valenti
niani pncipis filiam quā ab urbe captiuita
tis sorte deduxerat. transmūdo filio suo i matr
imonio copulauit ex qua mox Ildericus ē na
tus qui quartus a gensico mox bandalis apd
africam rex fuit. Romani igit recedente
ab urbe Gensico sequente mise exinanite rei. p.
impatorem auitum pficiunt. Visagothe cir
ca tempora cū rege suo theodorico filio supatis
iugis pireneis i uadunt hyspanias anō. vj. ex
quo regnare cep Marcianus augs. Mar
tianus

impator cū apd constantinopolim septē anis regna
sset. s. post valentinianū fcā suoz conspiratione occi
ditr. Cuius tpr corpus helisey pphe alexandriam
transfertur. Et corpus Marchi euangeliste venec
Et prosp aquitanicus pp leonis notarius mox
eps regij floret. Romanoz pnn. regn leo cū filio suo
leone annis. xvij. Cap. xlviij. Anō xpi. cccclviiij.

Anno urb. Mccx°. leo ap constantinopolī augli
dignitate potitur. qui mox pgressu tpis
filiū suū leonē regni fecit cōsorte. Exempto reb;
humanis auito Maioranus ap Rau iuadit im
perium qd cū prope quatuō annis obtinuisset
nō procul a terdonensi ciuitate iux flumē hyrium
ē occisus. Seuerus impator statim Rauen
efficitr et appelatr augs. huius anno tercio impij bi
orguis rex halanoz cū exercitu veniens occurente
patricio Ricimē supatr nō longe a pgamo ciui
tate venetie atqz extinctus ē. Seuerus uō cū
apd urbē a. iij. regnasset ppria morte apd urbē
occubuit. Hoc tpr constantinopolim congresso in
oppinate igne magna edium strages ē fcā. Post
Seueri mortem totius milicie consensu iura impij
suscepit anthemius. Sequenti anno Seruandus
galliaz pfectus tentans impiuz i uadere iussu
anthemij pncipis i exiliū trusus ē. Rursus
annali emso spatio romanus patricius impr ia
fraudulēter satagens arripe impij dignitatem
pcipiente anthemio capite cesus ē. His dieb;
Gensicus vandaloz rex africam possidens ad yta
liam nauibus aduentans a Basilisco patricio
nauali supatus certamine i glorius Kartagi
nē redijt. In orientis ptib; aspar patricius le
oni augō insidias tendens filiū suū cesarē fac
leo victorem exercitū ex sicilia reuocans asparē
patriciū cū Nouello filio cesare alioqz eius ger
mano digno iure mulctauit exadio.

De bello inter imperatorem et Generum.

Hoc tēpore int Anthemiū principē et eius qz gene
rū Recimērem patriciū qui tunc mediolani positus
ligurie p erat magnus discordiaz fomes exortus
ē. quib; vir sctitate conspicuus Ephyfanius eps
urb ticinēsis eos pmū ad concordiam reuocauit
deīde barbarica pfidia fedus Recimer irupens
erat enī Gothus psapia cū manu ualida ad ur
bē contendit et ap Anitionis pontē castra cōposuit
diuisa itaqz roma ē. et qdam naqz fauebant An
themio qdam uō Recimeris pfidiam seqbantr
hec int olibrius a leone augō missus ad urbē
uenit. Vnoqz ad huc anthemio regnum adeptus

e potitem. Bilimer galliarum rector cognita adversus Anthemium conspiratione Recimeris, Anthemio subsidium ferre cupiens romam properavit. Is cum iam apud adriani pontem confligens superatus, itaque occiditur. Extincto Bilimere victor Recimer urbem invadens quarto iam anno regente imperij iura Anthemium gladio detruncavit. denique preter famis morbique cladem quibus eo tempore affligebatur Roma gravissime predata est. et exceptis duabus regionibus in quibus Recimer cum suis manebat cetera omnia predarum sunt aviditate vastata. Sed non diutius de perfidia letatus est Recimer. nam post mensem tercium interijt ex acutia tus langoribus. Mortuo itaque Olibrius imperator Gundibaldum eius nepotem patricium efficit. Olibrius quoque dum septem menses gessisset imperium rome fato cessit. Glicerius domesticus post illius finis a Gindabaldo patricio inopinate cum exercitu veniens totius et voluntate exercitus apud Ravennam imperator efficitur. Anno sequenti nepos patricius inopinate cum exercitu veniens. Glicerium regia exuit potestate eumque apud Salonas urbem dalmatie episcopum ordinavit. *De lite inter nepotem et Gothos.* Eo tempore cum apud tolosam visegotharum populis Euricus regnaret ac per italie gallieque finibus inter Nepotem et Euricum litium fomita crevissent belliique eduilo utrique parent. Interveniente ephiphanio episcopo ticinensi federis inter eos sunt iura firmata. Haud procul ab hijs temporibus theodoricus cognomento strabo triarij filius cum magna ostrogotharum multitudine usque ad quartum urbis miliarium armatus advenit. nulli tamen romanorum noxius continuo in illiricum reversus extinctus est. *Cur visogothe et ostrogothe dicantur gothi.* Si exquiritur cur Gothorum gens nunc Ostrogothe nunc visogothe dicantur expedium. Sed animum ad superiora revoca paruper. Temporibus primi valentiniani augusti fratris primi valentis cum inter fines tracie gothorum gens coniter habitaret bifarie per allaricum ac frigidericum divisi decreverunt utrumque imperium. i. frigidericus cum suis orientale allaricus vero cum suo exercitu occidentale subiecit. Ii ergo qui cum fratri in orientali remanserunt parte lingua patria ab oriente ostrogothe. i. orientales gothi sunt dicti. Isti vero qui occiduas patrie regiones ab occidente visogothe. i. occidentales appelati sunt. Unde nunc hi visogothe alij ostrogothe sunt dicti. qui mox varium steterunt. Leo igitur augustus postquam annis. xvij. rexit imperium die clausit extremum. Phuius tempore apud egiptum emersit dioscori heresis. et heresis acephalorum sic dicta quia caput ipsius illius heresis penitus ignoretur quod calcedonensem concilium impugnavit. *Ro. prin. xlviij. Zeno regnavit an. xvij. C. ap. xlviij. Anno xpi. cccclxxvj.*

Anno urbis. Mccxxvij. Zeno leonis gener gente ysauricus succedit imperio qui annis. xvij imperavit. leonem vero leonis filium quem pater regno constituerat mater sua Zenonis formidans impetum oculte clericum facit. Exigente vero vehementer Zenone ut filium proderet pro eo alium forma similem obtulit qui leo in clericatu vixit usque ad tempora iustini augusti. Augustulus apud italiam adversus nepotem cum exercitu veniens effugato eo imperij regnum invasit. Anno sequenti cum rege vandalorum Genserico fedus initum est ab horeste patricio. Hec dum apud romanos geruntur, Odoacer cum firmissimo herulorum nec non turcilingorum sive sirorum exercitu in italiam ab extremis panonie finibus pararet contendum per Noricorum rura exercitum duceret cognita severini fama xpi ihesu domini famuli, qui tunc illis degebat in locis ad eum sibi benedictionem accepturus accedit. a quo audivit regrediens. Vade nunc ad italiam Odoacer vilissimis nunc animalium in dictus pellibus, multis cito plura largiturus. Hec ille verba verarum exitu comprobavit. Nam aliquantis annis revolutis totius italie ac urbis est potestate potitus. Ingresso igitur italiam Odoacer statim ei apud ligurie terminos occurrit horestes patricius qui adversus fortissimam multitudinem nichil se prevalere conspiciens maxime cum quidam suorum iam eum desereret metu trepidus intra ticinum fiducia munitionis se gelixit. Mox adveniens cum exercitu Odoacer expugnatam fortiter ingreditur civitatem vastantur universa rapinis sevit ubique gladius diurna quoque privataque edifitia ignis assumpsit. Captus igni horestes ab hostibus placentiam usque perducatur, ibique gladio detruncatur. Exinde per universas urbes barbari diffusi cunctam sine aliqua tarditate italiam iuri proprio subdidere. Odoacer igitur prosperos sibi successus accrescere cernens. statim regiam arripuit dignitatem augustulus qui imperij presumpserat dignitatem cernens cuncta odoacris iuri subdi metu peritus sponte purpuram abiciens cum vix rem. p. mensibus. xj. obtinuisset imperialem disposuit dignitatem. Ita romanorum apud romam imperio toto terrarum orbe venerabile et augustalis illa sublimitas que ab augusto quondam Octaviano cepta est cum hoc augustulo perijt. *De regno odovacris annis. xiiij. Annorum computatio vera est hic.*

Anno urbis condite. M.ccxxix. a principio principatus Gaij cesaris qui primus sibi imperium vendicavit. anno vero. xxiiij. Anno autem xpi. cccclxxviij. Odouacer de augustali dignitate augustulo urbem ingressus est et totius ytalie imperio est potitus quod dum per annos. xiiij. nullo inquietante tenuisset adveniens ab orientis tunc partibus rex Gothorum theodoricus italiam possesurus initiavit. *Hystoria theodorici regis Gothorum qui pro imperio regnavit in ytalia.*

Ut quis fuerit et unde theodoricus agnoscatur oportet aliqua preterita rememorare. Valamir Ostrogotharum rex ut supra agitur in obsequiis atile regis hunnorum in ytalia militavit. Ubi vero atila occubuit ab hunnorum se suosque dominio pristine libertatis memor abduxit. Idem quoque ardaricus rex gepidarum ceterique huius gentes subiecte fecerunt. At hunni dolentes valamirem eiusque exercitum non solum se a sue adominationis iugo excussisse sed et ceteris gentibus ut similia facerent fuisse incentores gothos ut fugitiva mancipia sequentes armis in scaunt ut ad servitutem denuo subiugant. Conglobatis igitur suis valamir irruit super hunnos tantaque cede debachatus est ut deceteto hunni ostrogotharum arma metuerint. Leo imperator iam dictus cum gothis mox illiricum vastantibus fedus iniuit. Ac theodoricum thyodimeris filium ex concubina nomine Arileuva genitum a valamire eius patruo obsidem accepit. Occiso in assirijs valamire tyhodimeris eius germanus regia iura suscepit diviso demceps regno tyodimer orientis vyadimer vero occidui potitur imperium devastandum. Sed mox ut vidimer in ytaliam ingressus est rebus excessit huamis successorem regni vidimen filium relinquens. Vidimer acceptis a Gliterio imperatore muneribus contendit in gallias. sicque se cum propinquis visogothis iungens unum efficit populum. Interea tyhodimer dum sua imparta victoria domum revertitur theodoricum filium a leone imperatore reditum gravius excepit. Theodoricus annum xviij. agens patre iniussu aliquantis ascitis satellitibus vicinam sibi sarmatorum gentem invadens optima exeorum manibus spolia patri predam portavit. thyodimer mox vita excedente cunctorum suorum favore ad regni gubernacula theodoricus ascendit. Quod factum denunciatum Zenoni ipse letanter audivit. Ipsum quoque ad se constantinopolim evocatum magno honore et divitijs extulit in tantum ut cum et fascibus sublimaret que dignitas post imperiale fastigium est prima. Eream quoque illi statuam ante suum palatium collocavit. At vero dum huiusmodi delitijs theodoricus affluerent apud constantinopolim illius gentes ostrogothe. dum eis propter fidei sanctionem pacis agere more solito non liceret nec ab imperatore oblata stipendia sufficerent ceperunt egere. Exacantur fedus violant pant in utilem pactionem mittuntque continuo ad theodoricum qui dicerent quod dum ipse grecorum epulis superfluit ipsi inopie miserie sublinerent. Ortantur ut si se suisque velit consulere. citius redeat quatenus ne cuncta gens pessundetur. Novas ad habitandum terras exquirat his theodoricus auditis ad Zenonem accedit. augustum quam stris suorum penuriamque exponit. Italiam sibi dari postulat ad solutionem efflagitat. adiciens quia si superaret Odouacrem Italiamque obtineret ad eius gloriam redundaret. a quo fuisset directus. si superatus fuisset bello. eius nichil hominus lucris accresceret quia quem quotidianorum stipendiorum exactoribus careret. Talia quidem Zeno audiens contristatus est. eo quod illum nollet amittere delibaro tandem consilio. et rei. p. utilitate previsa eius peticionibus annuit eique italiam per pragmaticum tribuens sacri et velaminis dono confirmavit. Senatum illi populumque. R. commendans abire permisit. Egressus constantinopolim theodericus ad suos revertitur ostrogothas. Ortatur ut quoque primum parati sint ut inde migrent italiam possessuri. At vero prius usque italiam venerit. Trasillum gepidarum regem insidias sibi molientem bello superans extinxit. Ursinum quoque bulgarorum regem magna simul cum suis agminibus cede prostravit. Egressus itaque innumera cum ostrogotharum multitudine universa suppelectile per Sirmium panonias que iter faciens ad ytaliam venit ac primum iuxta Sontium flumen quod ab aquilegia modico abstat castra posuit. dum ubi ei mittis que eo loco habent pascuis fatigata ex itineris longitudine aliquantum diu iumenta reficeret. Ibi mox ei cum grandi suorum exercitu totis quoque viribus Odouacer occurrit. Quem theodericus libenter excipiens magno superatum prelio postremo in fugam convertit. Exinde veronam parat theodoricus ubi odouacer non minori exercitu illi occurrit in pugnam theodoricus iterum non procul verona confligit cum odouacre in acie. Ipsum etiam nimia cede perimit et cum suo exercitu dare terga compellit. quidam metu fuge precipites se in athesim flumen mergit ex magna parte illius undis implicati suffocantur. theodericus insequitur fugientes et Veronam illico eius civibus consternatis invadit et occupat. Odouacer cum suis quos evaserant Romam contendit. Sed obstinatis portis excluditur qui dum sibi ingressum vetari videt. omnia per circuiter fuit gladio flammisque consumpsit. et inde ravennam se confert. ut que ibi se tueri adversus hostes posset munitionum prepararie obstacula cepit. Theodoricus verona degrediens mediolanum pervenit. Ibi dum consisteret magna ad eum multitudo militum plures italie populi convenerunt. Sed paucas interiectis diebus. Rursus

deditituis exercitus quodam Tuffa noie instiga
te Odoacris se ptibus tradidit. Ea res in tm̃ the
odoric' ptiut ut se simulqz exercitu apd ticinẽsiũ
urbẽ muniret. Burgundionũ rex Gundibat'
taliũ rex varietates aspiciẽs Liguriã cũ ingenti
exercitu ẽ ingressus cuncta q̃ repire potuit p
voluntate diripiẽs Infinitã secũ ad gallias cap
tivorum multitudine trax. Theodoric' aliqm̃ diu
exercitũ int' munitiones retinẽs dem̃ relictis ibi
matre sororib; et innũsa vulgi multitudie. nichil
plane dubius de Ephiphanij viri sctissimi fide
cũ expeditis armatorum cuneis ad odoacris obsidi
onẽ pexit Raueñ. Dũ eo loco cu nõin pmetũ ẽ
castra posuisset p trienniũ ferre gtinuũ Odoacre
obsedit. qui dũ freqnter ex urbe gsins egrediẽs
eiu' exercitũ ingetaret novissime noctu ĩ castra
irruens magnã theodorici exercitũ cede pstrauit
victus ad extremũ fortissime resistentib; gothis
ĩ urbẽ gfugit. nec multo post a theod' ĩ fide suscẽ
ptus ab eo truculẽte pemptus ẽ. Egressis a ti
cinẽsiũ urbe gothis p' trienniũ eandẽ mox urbẽ
Rugi ĩuasẽ. cuncta p circuitũ loca simul et ci
uitatẽ p gtinuũ bienniũ populatoẽ uastites cũ
ad huc brõs ephiphani' supẽẽt. cui' intãtis piculi
sctitate cives replebant' afflicti. Ephiphani'
igit' eps a theod' in gallias ad Gundubatũ p cap
tivis redimẽdis directus excepta ĩnumẽã mul
titudine p qbus ptiũ tribuit. vj. captivorum ob so
lam sctitatis sue reuerẽtiam gcessã secũ reduxit.
Theodoric' extincto ap Raueñ odoacre totiu'
italie ditoẽm ẽ nactus. Mox Romã pfectus a
Romanis g gaudio susceptus ẽ gbus ille ad
subsidiũ tritici singulis annis. cxx. modiorum
cõcessit. Dum h' in italia gerũtur a bulgaris
univ'sa tracia devastatur. Urbs gstantinopo
lim magno gflagrauit incendio. Corpus bti
barnabe apli et euanzelũ matei ei' stilo scriptũ
ipõ reuelante reptũ est. Apd africã hũric'
q genserico pri in regnũ successit. Ariana pfidia
trusis ĩ exiliũ fugatis qz epis amplius qz. ccc
xxxiiij. chatolicis ecclesias eorum clausit plebẽ
uõ varijs affec' suplicijs. 7 inumeris manus ab
scidens linguas eorum abscidit nec tñ loqllaz cha
tolice gfessionis eripe potuit. Saxones gbri
ctanis diu mari terãqz accapiti palma pugnaue
runt tandem potentiores facti plongũ insula
sunt potiti. Theodoricus intra ut sui regni
vires stabiliret Andepledam lodoyci franchorum
regis filiã sibi ĩ matrimoniũ iugit. Vandalorum

regi hunrico amalafredam germanã suã ma
trimonio socat. Cui' amalafrede filiã malab
gam turigorũ regi Erminefredo. Theodorico qz
et Ostrogotho filias ex gcubina altera halarico
visogothorum regi alteram Sygismundo burgun
dionũ regi gsotiat. Amalasuithã uõ tciaz
filiam Eutharico ex almanorum stirpe uẽnti
evocato de hyspania tradit. Sic italie nulla gẽs
affinis pximiã q̃ theodorico aut gunctionis affi
nitate aut pactionis federe sotiata nõ fuerit.
Zeno igit' augs' q ap gstantinopolim p. xvj. anos
reg' facto gcessit. fuit aut ysauri' giẽ pminitatis
pedũ ultra naturã humanã. Romanorum pncipũ
xlix' reg' Anastasius ann̄. xxvij. Cap. xlix. Anno
Anno urbis gdite. Mccxlvj. xpi. cccxcij.
Anastasius p' Zenonis excelsum purpu
ram induit. Eo tempore Trasemundus g frĩ
hunrico ap Africam vandalorum regi successit prĩs
ut frĩs pfidiã psecutus clausis chatolicorum ecce
sijs. ccxx. epos ĩ sardinia exilio relegauit. qbus
btõs papa Symachus quottidiana subsidia mini
strare nõ desistit. Int' has tempestates btũs Falgẽ
tius ĩ xpi gfessione pfloruit. Ante hoc tps Ro
me pp electionẽ eius Simachi 7 laurencij dissidẽ
tibus civibus magne sedictiones et cedes fuẽ. ut
nõ solũ cives nobiles verũ 7 plurimos clericos
gladius gficeret p plateas romanas. His die
bus ap affricã dũ arrianus qdam olimpius no
mine blasfemias trinitatis baptizando pferret
ignito celitus gladio subito veniente visibilit' est
gbustus. Barnabas qz arianus eps regulã fidei
pũsẽ pferens minorẽ prẽm filiuz 7 spm sctm̃ asse
bat. cũ aut' baptizaturus diceret Baptizo te ego
barnabas in noĩe prĩs p filiũ ĩ spũ scto. statĩ aqua
q̃ ad baptizandũ allata fuerat. nusqz cõpurit. qd
aspiciens qui baptizandus erat gfestim ad chato
licam ecclesiam gfugiens iux' morẽ fidei baptisi
mũ suscepit. Anastasius imperator ĩ Euticis hẽ
rẽsim ẽ delapsus negans ĩ xpõ divinitatis et hu
manitatis ẽẽ nãs. Ormisda igit' papa q succe
sserat Simaco. Enodiũ epm̃ ticinẽsem. alios qz
legatos ad eũ gstantinopolim dirigit. cũ fidei cha
tolice scripto ut Anastasiũ ad unitatẽ fidei re
uocaret. Js nõ soluz monita salutaria sp̃uit. sed
et agspectibus nõ sine gtumelia expulit. Namqz
in frangibili ĩpositione ĩpositione mandauit ne
vspiã p totã greciam ad aliqz civitatũ accedant
quã et impiam temeritatẽ divina mox ultio su
bsecuta ẽ. Nã cũ ã. xxvij. imparasset ui fulminis

perussus occubuit. Theodoric' uõ p idez tps dum
pacifice ap italiam regnaret p singula queqz loca
celebriora regia sibi habitacula gstruxit. E quiũ
qz ereũ fecit Raueñ quẽ Karolus inde abstulit
ut defferet ĩ franciam. s; nõ pduxit. Nã pmansit papie.
Romanorum pncipũ. l'. reg' Justinus maior. ã. xj.
Capitulũ. l. Anno xpi. v. xix.
Anno urbis. Mcclxx. Justinus maior huic
successit ad quẽ ob fidem integrandã. Orm
isda urbis eps vir sctitate gspicuus 7 Germanu'
eps capuane urbis pfecti digne suscepti sunt q
multorum corda ĩ fide dubia solidarunt. Eo tpre
ap africam defuncto trasimũdo vandalorum rege
arriane pfidie hildericus cui' filius ex captiua
valentiniani pncipis filia ortus vandalorum ad
eptus ẽ regnũ. qui n patrẽ hereticũ s; semp ma
tris catholice merita merita seqns recte fidei
cultor enituit. Hic pat' moriens q' cernebat
eũ catholice fauẽ sacramto astrinx' ne unqz in
suo regno catholicis gsuleret qui postqz regni
iura rex. omis epos quos pr' exilio ẽẽ fecerat
regredi fecit eis qz ecclesias reformare pcepit
annis ca. lxxiiij'. euolutis ex quo a Genserico
pmitus ap africã ecclie fuerunt destitute. Ju
stinus uõ ĩ orientis ptibus omĩ studio nomen
hereticorum extinguit statuit qz ut arrianorum ec
clesie catholica religione gsecrarent'. qd cuz
theodoric' rex ĩ italia gpijsset. Hoc tpr' Francia
ad xpi fidem guertitur. Ariana lue pollutus
Johanẽ papam simulqz cũ eo theodorũ 7 duos
Agapitos viros gsulares et patricios ad Justi
niũ pncipẽ gstantinopolim dirigit. Mandat
qz p eos intminas ut nisi quã toti' hereticis
suis ecclesias rederet eos qz in pace degẽ sineret
univ'sos italie populos gladio ipẽ puniret
Cum pvenientes ad augm̃ cũ ab eo ẽẽnt di
gne suscepti mags eũ de salute sua et cetoruz
soliciti flectib;. postulant ut legationis fiem
qqz in iustã exciperet. Jtalie qz pituire gsuleret qz
flectibus imperator p motus eis q' petebãt cõce
ssit. Arianos qz suo iuri pmissit. De morte bo
etij phi. Dũ hi hac pfectione morant' theodo
ricus Rabie sue iniquitatis stimulatus Sima
chũ ex gsulem et patriciũ ac Boetiũ eiu' gen
erũ senatorẽ et ex gsulem viros catholicos gla
dio trucidauit. P hos dies extincto afriarico
halarico rege visogothorum theodoric' p ybbam
suũ comitẽ pluraqz. xxx. francorum cedens thio
tidem armigerum p' mortẽ alarici nepotẽ regẽ

gstituit. Johanes pontifex gstantinopolim rauen
redtens a theodorico. q' a iustino augõ digne
susceptus fuerat. cũ hijs q secũ ierant carcens
afflictione pimunt'. Sed hanc crudelitatẽ divina
ultio ẽ secuta. Nam p' id scelus diebus. xcviij. mo
rte quidam apd liparam ĩsulam vir magne vir
tutis aspex' int' Johanẽ papã et Symacũ patriciũ
deduci 7 in vulcani ollam q̃ ei vicina erit demgi
Jgit' theodoric' tali mõ punito gothi s; regem
pficiunt. Athalaricũ ex amalasuitha filia theod'
genitũ. Justinus uõ p' ã. xj. Jmpij sui ap gstã
tinopolim in pace qeuit. Ro. pnn. lj'. Justinianu'
reg' ann̄. xxxviij. cap. lj. Anno xpi. v xxx.
Anno urbis gdite. Mcclxxxj. Justinianus
sororis iustini filius succedit imperio. qui
ad rei. p. reparationẽ intendens. Primũ belisa
rium patriciuz virũ ingentẽ ad psas misit. qui
int' inimicos romanorum cũ exercitu exierant. hic
pluo psas pstrauit 7 occupata vendicauit mox
gstantinopolim triomphans ingredit'. Athala
ricus rex gothorum nudum quadriennio regno po
titus interijt. Cui' mat' amalasuentha p' illi'
finis theodatũ sibi ascivit ĩ regnũ. S; theodat'
illi' bñfitij ĩmemor eam p' paucos dies ĩ bal
neo strangulari pcepit. Et q' ipã adhuc viue
nte filio se simulqz filiuz imperatori comẽdauerat
Audita ei' nece. Justinian' gravi ira ĝ theoda
tũ exarsit. sentiens uõ theodatus imperatorẽ hẽre
infensum papã agapitũ gstantinopolim dirigit
quatinus sibi ap imperatorem facti ĩpunitatẽ im
petraret. Agapitus apd imperatorẽ manẽs ĩuenit
eũ ĩ eutichijs erorem ẽẽ delapsum aquõ ipẽ pa
pa plus magnas minas audiuit s; cũ papa fi
aret gstantiam nec minus deterretur ab ipõ pon
tifice hec vba audiuit. Ego ad Justinianuz
imperatorem Justissimũ venire desiderani s; dio
clitianũ inueni tandẽ dei voluntate ei' moni
tis acqescens ad catholice fidei unitatẽ g mu
ltis qui despuerant ẽ regressus. Anthimũ
ei' cunctis epm ei' hẽseos defensorẽ g iunctu
publice cotione pvauit ac psuaso pncipe ĩ exi
liũ coegit nec multo p' eidẽ papa ibidẽ ĩ xpõ
quieuit. Anno quito impij hui' magna fuit
boni initio. Jnsea ad africã quã iã multis
annis labentib; vandali possederãt cũ exercitu
v bãlisarius ab imperatore ẽ missus q vandalos
magnis plijs fudit. Regẽ qz eorum Gelismerũ
viuũ capiens gstantinopolim misit. catthago
uõ p' annũ sue excisionis. xcvj. recepta est

belisari'

belisari'

bellisarius

Per hec tempora imperator Belisarium rebus gestis inclitum contra Theodatum transmisit ut Italiam a servitio liberaret Gothorum. Dum apud Siciliam modicam moram contraheret Theodatus extinctus est. Huius in loco Vitiges successit qui mox ut regnum invasit Ravennam profectus est, Amalasuinthe regine filiam per vim auferens sibi in matrimonium iunxit. Conceptas igitur contra Theodatum vires in se Vitiges convertit.

bellisarius

Belisarius egressus Sicilia venit Neapolim, quem cives illi admittere noluerunt. Quam acriter indignatus ad eius urbis expugnationem totis viribus se erexit, aliquot diebus urbem impugnatam capit. Tanta quoque ira in Gothos inclusos et cives deseuit ut non etati, non sexui, non sanctimonialibus nec ipsis sacerdotibus parceret. Viros in conspectu coniugum perimens superstites matres ac liberos captivitatis iugo abduxit. Cuncta rapinis diripit nec ab ecclesiis spoliandis abstinuit. Inde egrediens Romam pervenit. Quo Romam ingresso Gothi qui ibidem morabantur noctu egressi portis relictis patentibus Ravennam confugiunt. Vitiges ut talia comperit adversum Belisarium Romam cum ingenti venit exercitu. Belisarius videns non sibi aptum tempus bellandi se in urbe continuit, munitiones construit. Gothi urbem obsidentes omnia per circuitum direptionibus et incendiis absumunt. Quoscumque Romanorum reperiunt gladio extinguunt, urbem quoque impugnant. Sed cauta Belisarii industria tutatur. Tunc non solum Rome et apud Liguriam fames excreverat ut beatus Datius Mediolanensis episcopus scripsit plures matres natorum propriorum esse membra depastas. Cum per annum Gothi Romam obsidentes sedissent, demum pertiti Ravennam venerunt. Belisarius inde Neapolim pergens ut expediebat ordinatum reliquit. Romam quoque regressus est. Tunc statim a Theodora augusta preceptum est allatum, ut papam Silverium accusatione convictum falsorum testium in exilium trudat, eo quod Anthemium hereticum Constantinopolim recipere noluisset. Quod Belisarius licet invitus explevit. Pulsus igitur est in exilium papa Silverius ad insulam Pontianam ubi obiit exulans. Mox Vitiges Gothorum exercitu congregato contra Belisario confluxit. Factaque suorum strage maxima in fugam convertitur. Quem vero Johannes magister militum insequens vivum comprehendit Romamque ad Belisarium adduxit. Belisarius parta victoria ad imperatorem rediit secum Vitigem adducens, quo viso valde gavisus est imperator. Eumque non multo post patricium effectum administrationem illi iuxta Persarum terminos tribuit ubi Vitiges degens vitam finivit. Belisarius iterato dignis evectus honoribus in Africam mittitur adversus Guntharith qui Vandalos rursus sollicitans post eos regnum arripuerat. Belisarius ut Africam attigit Guntharith sub dolo pacis peremit. Residuos Vandalorum rei publice iugo subiugavit. Victor exinde Belisarius Romam venit. Auream crucem centum librarum gemmis exornatam, in qua suas victorias descripserat, beato Petro per manus pape Vigilii obtulit. Hoc tempore apud Cassinum beatus Benedictus monachus et abbas futurorum prescius irradiabat. Ubi quoque Anthonii monachi corpus dei revelatione repertum Alexandriam perducitur et in ecclesia sancti Johannis baptiste locatur.

Papa Vigilius ab urbe Constantinopolim iussu auguste per Anthemium scribonem ductus in exilium mittitur. De Longobardis et de rege Albuino tangitur.

Longobardorum quoque gens populi Romani amica apud Pannonias sub Audoino rege eorum degebat. Is eo tempore cum Turisimundo Gepidarum rege confligens per Alboyn suum filium iuvenem strenuum victoriam nactus est. Denique Alboyn inter ipsas acies Turismundum Turismundi regis filium appetens alacriter et aggressus extinxit et suis victoriam peperit. De regibus Gothorum.

Capto ergo Vitige Gothi transpadani Heldebaldum sibi regem constituunt qui eo anno perimitur, cui successit Eraricus. Ipse necdum anno completo iugulatur. Demum sibi Baduilam qui et Totila dicebatur in regnum preficiunt. Mox collecto exercitu universam invadunt Italiam. Exinde per Capuanam, Lucaniam et Bruciorum fines iter facientes, Regium pergunt. Fretum transgressi Siciliam invadunt. Inde revertentes Romam perveniunt eamque obsidionibus cingunt, que tum fame, peste laborabat, adeo ut matres natorum carnes comederent. Romanis non valentibus urbem fessis tueri Totila a porta Hostiensi urbem ingreditur, qui parcere Romanis cupiens per totam noctem clangere buccinam iubet, quo se a Gothorum gladiis aut ecclesiis tuerentur aut quibuslibet modis occultarentur. Habitavit aliquanto tempore cum Romanis velut pater cum filiis. Elapsi inde aliqui senatorum ad imperatorem confugiunt, clamitantes narrant ut subveniatur implorant. Justinianus statim Narsetem suum cubicularium eunuchum cum manu valida Romam mittit ut Rome subveniat. Is ad Italiam veniens cum Gothis confluxit, quibus ad internecionem deletis regem eorum Totilam qui iam ultra x annos regnaverat interfecit et universam Italiam ad rei publice iura reduxit. Imperator per Johannem ex consule Mauros in Africa infestantes contrivit. Justinianus pp. eius magnificentiam Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Halanicus, Vandalicus et Africanus iure nominari.

Justinianus leges Romanorum quarum prolixitas nimia et inutilis dissonantia erat mirabili brevitate correxit. Omnes principum constituciones multis libris dispersas infra xii libros arctavit. Idque volumen codicem appellari precepit. Rursusque singulorum magistratuum sive iudicum leges que usque ad duo milia pene librorum erant extense intra quinquaginta librorum numerum redegit. Eumque codicem digestorum seu pandectarum vocabulo nuncupavit. Quattuor etiam institucionum libros in quibus breviter universarum legum textus comprehenditur noviter composuit. Novas quoque leges quas ipse statuerat in unum volumen redactas id est codicem novellam nuncupari sanxit. Extruxit quoque in urbe Constantinopolim domino Christo qui est sapientia dei patris templum quod greco vocabulo agyan sophiam id est sanctam sapientiam nominavit cetera opera mundi excellens. Edificavit quoque in urbe Ravenna ecclesiam sancti Vitalis martiris fabre structam greco scemate in qua fuit sumptus xxvi solidorum aureorum. Et extra eam urbem ad duo millia passuum aliam basilicam que dicitur ecclesia sancti Apollinaris in Classe latino scemate in qua sunt cetera admiranda columne marmoree cum capitulis et epistiliis mirabiles, quarum ecclesiarum opus perfecit Julianus et Baucada contra tunc fecerunt in ea urbe ecclesiam sancti Michaelis in Affricisco non longe a ponte marino que eodem eius imperatoris tempore consecrate sunt per Maximianum episcopum Ravennatem. Narses igitur Bucellinum diripientem Italiam ut regi suo Theodoberto spolia ferret in Campania hyemare disponentem prostravit et perimit. Amingum ducem Vidinum a Narsete superati Gothorum comiti qui Narseti bellanti auxilium ferre conatur et ipse Vidinum a Narsete superati sunt. Vidinus captus Constantinopolim exiliatur. Amingus qui ei auxilium prebuerit gladio Narsetis perimitur. Tertius quoque Francorum dux nomine Lautharius Bucellini germanus dum multa preda onustus ad patriam redire cuperet inter Veronam et Tridentum iuxta lacum Benacum propria morte defunctus est. Habuit etiam Narses certamen adversus Sindual regem Brentorum qui adhuc de Herulorum stirpe superat quos Odoacer in Italiam veniens secum adduxerat. Huic Narsis sibi fideliter adherenti multa beneficia contulit. Sed novissime superbe rebellantem et pugnare cupientem bello superatum et captum celsa trabe suspendit. Hoc tempore Narses patricius per Dagisteum magistrum militum virum bellicosum et fortem universos Italie fines obtinuit. Hic Narses prius quidem Cartularius fuit. Deinde per virtutem meriti patriciatus honorem promeruit. Erat autem vir piissimus, vigiliis et orationibus ad deum profusis quam armis bellicas victorias obtineret. Erat enim in religione catholicus, in pauperes munificus, in reparandis ecclesiis satis studiosus. De obitu Justiniani.

Stella cometa nuntia fuit Justiniani interitus, que ante id tempus aliquandiu est visa. Igitur Justinianus postquam annos xxxviii imperavit vita in pace excessit, vir fide catholicus, in operibus rectus, in iudiciis iustus, eo quoque ei in omnibus succedebat. [illegible]

His temporibus Cassiodorus qui Theodorici regis Gothorum cancellarius fuit apud urbem tam secularis quam divina sapientia claruit, qui primum consul, deinde senator, ad extremum monachus fuit. Arator poeta.

Arator diaconus Romanus et poeta actus apostolorum versibus scripsit. Beatus quoque Benedictus apud montem Cassinum virtutibus claruit. Agnellus episcopus Ravenne cancellum argenteum cum suo ciborio ecclesie Ravennatis acquisivit. Priscianus.

Priscianus Cesariensis apud Constantinopolim grammatice profunda rimatus est. Longobardi qui Pannonias habitabant Romanis confederati auxilium Narseti prebebant contra Totilam et Gothos et Gethas ut supra narratur. Romanorum principum [illegible]. Justinus minor regnavit annis xi. Capitulum lii. Anno Christi dlxviii.

Anno urbis mcccxix Justinus Justiniani nepos succedit imperio. Huius temporibus Narsis plurima rerum que superius narrata sunt gessit, qui dum multum auri et argenti ac diversarum opum acquisivisset, magnam ab his invidiam pertulit ad quorum utilitatem profecerat. Qui Justino imperatori et auguste in hec verba scripserunt: expediebat Romanis potius Gothis servire quam Grecis ubi Narsis eunuchus imperat et nos premit servitio, et hoc piissimus princeps noster ignorat. Aut libera nos de manu eius aut certe et civitatem Romanam et nosmet ipsos gentibus tradimus. Cumque hec Narsis audisset, hec breviter verba dixit: Si male contra Romanos feci, male inveniam. Tunc augustus intantum contra Narsetem motus est ut statim in Italiam misit Longinum prefectum qui locum obtineret Narsetis. His cognitis Narses multum timuit. Nam et augusta Sophia in eum hec verba prorupit: Ut eum quia eunuchus erat faceret in genitio lanarum pensas dividere. Ad que verba Narsis sic dicitur respondisse: talem telam se ipsi esse orditurum qualem ipsa dum viveret non posset deponere. Itaque odio metuque agitatus Neapolim secedit, legatos ad Longobardorum gentem dirigit ut paupera Pannoniarum deserant et Italiam cunctis opibus plenam deveniant possessuri. Simulque multimoda pomorum genera quorum ferax est Italia mittit, quatenus ad veniendum possit animos illicere. Longobardi leta nuntia que et ipsi prius optabant suscipiunt, futuris commodis animos attollunt

Tunc apd italiam tibilia nctu visa sunt signa Ignee acies in celo apparuerūt. Marsis de neapolim Romā regressus po9 paucos dies vita decessit cui9 corpus i locello plūbeo positū est et cū onibus ei9 diuitijs ɔstantinopolim ē delatum. Justinus vir omīs auaritie ɔtemptor paupum Senatorū spoliator in tm̄ i oriente impabat adeo tenax et rapax ut archas ferreas faceret, ubi multa auri talenta fundebat. Lapsus ē i heresim pelagianā et mādatis dei aurē ɔtēpnēs. oio iusto dei iuditio rōme intellecto pdito factus ē amens. Hic tiberiū fim fec qui ei9 palatiū et cunctas puītias gubnaret virū iustū et vtilem strenuū sapientē. Juditijs clarū Elemosinariū et qd his oibus pest verissimū, xpianū hic cū multa de thesauris quos iustin9 ɔgregauerat paupibus erogaret. Sophia augā eū sepius increpabat dicens qd rem p. i paupertatem redigeret 7 qd multis annis ɔgregaui, tu infra parū tēpus prodige dispgis. Aiebat ille. Spero i deo qm̄ nō deerit pecunia nrō fisco tm̄, ut paupes helemosinā accipiant aut captiui redimātur. 7 uerba euāgelij alegabat. Justin9 po9 amentiā quā incurrerat ia anis xj. regnato vita excessit. Incidentia. Per tpra papa bndicto sedente roma famis peste plurimū laborauit pmentibus italiam longubardis ob id multa frumti milia romā ab egipto delata sunt. Longubardi affligunt italiam veneta alōgubardis capta. Libigild9 rex gothorū aliquas hyspanie ptes sibi bello subiecit. Rauēne apd classez edificata ē basilica sci seueri p petrū seniorem eiu9 urbis archiepm. Bndicto papa defuncto Pelagius subrogatus est absqz imparoris ɔsensu eo qd longobardis romā obsidentibus nuntius inde exire nō potuit q pgeret ad augm̄. Et qa de lāgobardis fcā ē mentio de eis dicant aliqua ut vnde venerunt 7 q fuerint et aliq q egerint sciatur.

De longobardis vnde fuerint.

Gens q prius dcā ē vinuli nūc lāgobardi olim de sca insula i septētrionali occeano sita i pannoniā sedē fix. Jnde A narsete accti in italiam venerūt. et ex eis regnauerūt reges i italia usqz ad tpra karoli magni. qui regno priuauit desideriū regē eorū papie regnātē po9 quē defecerūt reges eorū. Verū anqz pannoniā excederent longobardi. Angilmundus eorū rex cū nō pro comitatu armato iter faceret ad aquandū cū equos i piscinā dedux. Ibi septē infantulos nudos uno partu a meretrice editos inuenit expositos. quos cū rex hasta quā manu gestabat admirans reuolueret vnus eorū hastam regis manu apphendit quē rex intuens aliqd magnū opinatus de illo iussit tolli. atqz nutriri. qui mox adultus cū nobilis indolis eēt i regis et populi gratiā puentus mox rege mortuo rex lōgubardis eligit 7 regnauit p tpra 7 mox vita defunctus ē. Temporibus aut Justini hui9 impatoris nuduz egressis pannonia longubardis eis rex perat. Albuin9 vir armis strenuus hic cū viano rege gepidarū ɔgressus eū occidit cui9 filius dū ad patris necis vltionē ɔiungit ab albuino ē supatur 7 occidit ei9 filiam. Rosymūdaz albuinus sibi matrimonio sotiat. Ac de occisi regis cranco capitis ad poculū calicē fabricari fecit argēto cū positū. Jnterea Albuinus a narsete cui9 sup fcā est memoria nūtios 7 literas recepit 7 deliberato cū suis pncipibus i ytaliam possessurus cū suo exercitu pannoniā derelicta sub Anno dni. quīgēsimo septuagesimo octauo. dicti sunt aut lōgobardi qr barbas nutrirent rictu grecorū et eorū lingua barbam dicunt bardā. Jdem lōgobardi .i. lōgobardi. Jngressi igit fines ytalie cūcta oppida 7 agros rapinis 7 cedibus pfligabant. Nam et idē rex iurauerat i xpianos cede vltima debachari cū aūt urbē papiam foret ingressus equs quo i sidebat an urbis portam poplites figens stetit i mobilis, nec quicquā poterat equū calcaribus pūrgere suasione tandem hominis xpiani voto mutato equs solitū fecit offitiū. Mediolano igit papia et ceteris vrbibus ytalie pter Romā breui tēpore sunt potiti. Post h iam dudū pollens opibus et honore dū verone ɔuiuiū grande fecisset ministris impat calicē quē ex osse capitis soceri hebat afferi et eo potū circūstantibus dari cūqz et vxori sue poculū eēt allatū bibe inqt ɔ prē tuo quo audito regina animo vulnus letale accepit diu igit ea necis i sidias machināte ɔsiliū repit quo voti sit ɔpos optati. Porro ei9 ministri strenui militis Jacebat amplexu nec hō latebat reginā. Vocata ergo ministrū pcepit ut ceteria nocte virū illū adie more solito assidebat fruiturū amplexibus nec mora pagit qd regina mādauit. Nocte igit statuta regina mutato hitu i cubiculū ministrare descendit. virū quē totius potuit silenti i opus i qd aduocauerat intromitit q ait pacto. Scis ne que sim. cui ille nequaqz inquit ymo Rosimūdam. Expauenti igit illi rem exponit vt qd eam rem fecerit 7 mariti regis exponit. Jniuriam quāobrem vir esto 7 obtempera voto meo vt regem pimas et simul vxore 7 regno potiaris alioquī nichil tibi sup ē nisi mori. Cū aūt vir egris angoribus estuaret scelus phorescens et mortē metuens pcunctat q tādez pacto id possit efficere ait illa. regis ensem cū mecū erit i thalamū quo ne possit vagina exeri circūnexis capulo loris ligabo tu esto paratus ut cū accubet tu igredieris 7 negotiū pagas captataqz oportunitate p nūtiuz illū inuitat ut veniat pficere id qd debet nec mora facturus facinus talamū regis armatus ingredit rex exiliens ensem corripit ut desultaret quē videbat ad sui necē venisse qui dū ensem nō posset exere scabello se cessit tutari sz cū impar armis licet viribus nō eēt inferior tandē ɔfodit obtruncat occidit q pacto Rosymonda thesauris collectis verona cedens puenit rauenā acepto i virū sui adij iudice. ibi cū nobilē iuuenē forma elegantē vidisset i ɔcupiscentiā ei9 exarsit. pato igitur balneo viro suo venenatū illi poculū ppinauit qd ubi vir hausit sensit id eē mortiferuz. Exiēs igit arepto gladio Rosimūdaz i uitat et cogit i potū que ɔ diu recusaret i minētis sibi gladij metu bibit q potu hausto ɔ viro suo parit imgrauit ad iferos.

Romanorū pncipū. liij. regnantibus ann. vij. Cap. liij. Anno xpi. vlxxix.

Anno urbis ɔdite. Mcccxxx. Tiberius ɔstantinus Justino mortuo succedit impio. Hic cū multas et sub iustino et post iustinū helemosinas faceret deambulans p palatiū vidit i pauimēto domus marmoreā tabulam i qua crux dnica erat insculpta et ait Cruce dni frontez nostraz et pectora munire debemus 7 ecce eā sub pedibus ɔculcamus. Mox tabulā inde iubet auferi qua sublata altam inueniunt hoc signū hntez q et ipam iussit leuari. qua amotta inueniunt 7 tertiam tale signū hntez eam ē iussit auferri hec dū fuisset ablata magnū thesauruz inueniūt hntem sup mille auri talenta. Sublatū aurū abūdantiu9 qz ɔsueuerat paupibus elargit. Narsis patricius dū preesset italie i domo sua fodi fecerat magnā cisternam i qua ɔdidit imensos thesauros occisis qz onibus ɔscijs ei9 rei. vni seni aq sacramētuz celandi id egerat cōmēdauit. Mortuo Narsete senex ad thiberiū venit cui ait. Si michi pfuturū erit rē tibi magne vtilitatis aperiam. Dic inqt tibi enī pfuturū erit. Jndicauit senex locū thesauri quā Narses ɔdiderat. Letatus Tiberius pueros suos ad eū locū transmisit apta cisterna vix potuit vaciari h pene oiā manu largiflua dispsit paupibus. Tiberius cū augalem coronā eēt accepturus eum qz sm ɔsuetudinē populus expectaret ad circū ei pstesunt i sidie ut Justinianus Justini nepos impio potius potiret. Jlle p loca scā pus pcedens deinde vocato ad se pontifice ei9 urbis ac pfectis palatiū ingressus i dutus 7 est purpura et diademate coronatur throno impiali ipositus magnis laudibus i regni ē gloria ɔfirmatus quo i sidiantes ɔpto egro aiō tabuerunt. Mox paucis exactis diebus Justinianus se pedibus impatoris subiecit cui ob meritū ɔtie auri .xv. centena deportans donauit quē ille sm patientie sue morē colligens sibi i palatio iussit assistere. Sophia augā pmissionis quā ei fecerit i memor ille retendit i sidias. Nā eo ad uillā dū ɔrediente vt iux rictū impialem .xx. diebus ad vindemiā Jocūdaret vocato clam Justiniano uoluit eū sublimare i regnū quo ɔpto ɔfestim tiberius ɔstantinopolim regredit. Augāz ap enssam oibus ei9 spoliauit thesauris solū ei victū quotidianū relinquis segregatis qz pueris ab ea alios de suis fidelibus posuit q eis parent mandās eis neqs de antis oribus ad eā aberent accessum. Justinianū tm̄ vobis obiurgatuz impostiz amorē dilexit. Hui9 exercitus i psas directus eā feliat debellauit. Victor qz regrediens tātam molē pde ɔ .xx. elefantis detullit ut humane crederet cupiditati posse sufficē. Tiberius moriens ɔsilio sophye augē. mauritiū ɔnē cappadocie ei filia i matrimonio data impio reliqt heredem dicens sit tibi ɔ filia meū impiū vtere eo felix memor ut semp iustitiā collas 7 vitatem. Per hec tpra visigothe acquitani p hermigildū regē suū. v Libigildis regis filiuz mutua se cede pstrunt. Pelagius papa helie epō aquilegiensi nolenti susscipe tria capla galij calcedonēsis eplam satis vtilem misit quā scripsit gregorius tūc ei9 diaco9 qui sibi papatu successit.

Romanorū pncipū. liiij. reg mauriti9 anis. xix. Cap. liiij. Aīo x. vlxxxvj.

Anno urbis ɔdite. Mcccxxxv. Mauritius gnē cappadox pdecessoris gener succedit impio. Hic pimus ex grecis impio functus ē qui Gildebto regi franchorū p legatos .l. milia solidorū exercitu suo lōgobardos ex italia pelleret. His francorū multitudinē i italiam misit. lōgobardi se cautatibus munietes legatis francorū oblatis muneribus pacē ɔ rege franchorū fecerūt. et in franciam exercitus sunt regressi. Mauritius

hoc cognito a rege francorum occepit expectem. quod obtulerunt. Sed rex francorum nec Renhum his dedit. Authari rex longobardorum Bresillum civitatem super padum magnitem sitam expugnare aggressus est. In qua drutulfus dux a longobardis aufugerat. sequentibus partibus imperatoris tradens militibus sociatis longobardorum exercitui fortiter resistebat. sed cum non posset resistere Ravennam aufugit. Bresilus est capta muri quoque sunt diruti. Authari rex cum Smaragdo patricio qui erat ravenne usque in annum tercium pacem fecit. Childebertus rex francorum extimans sororem suam adhuc vivere apud constantinopolim ad peticionem Mauritij contra longobardos in italiam missit exercitum. Sed dissidentibus inter se francis atque alamanis Infecto negotio sunt regressi. Per hec tempora Gothi Rethiaredo principe omissa eorum heresi ad fidem catholicam sunt regressi. De diluvio in Ita(lia)

Hoc tempore ingens diluvium fuit pertum apud liguriam et venetiam quale non fuit post illud. Noe ferte sunt possessionum et villarum lavinie destructa itinera hominum et animalium magnus interitus. Flumen athesis apud veronam intantum Intumuit. ut aqua circa basilicam beati Cenonis usque ad summas fenestras excreverit nec tamen intrarent ecclesiam ut beatus Gregorius describit. muri eius tamen urbis aliqua parte sunt diruti facta est autem hec inundatio. xvj. K(a)l(endas) novembris tamen quoque tonitrua et coruscationes ultra solitum fuerunt. Mox post duos menses ea urbe magna incendij dampna substinuit. Eo quoque tempore rome fluvius tiberis intantum intumuit. ut aqua super muros in urbem influerent et maximas in ea regiones occuparent. tunc per ipsum flumen maxima serpentum multitudo et ingens draco in mare descendit. pestis inguinaria statim subsecuta est que magnam in populo stragem dedit ut vix pauci superessent. Primus quoque papa Pelagius sanctus hac lue interijt mox pallios devagata est. Post pelagium gregorius diaconus urbis episcopus ordinatur. Is letanias septiformas ordinavit. que dum fierent. lxxx.ta ex eis subito animam exalarunt. In primo coro fuit omnis clerus. Secundo abates cum Monachis. Tertio abatisse cum suis congregationibus. In quarto infantes. In quinto layci omnes. Sexto vidue. Septimo coniugate. Gregorius ad gentem anglorum convertendam ad fidem christi. Augustinum, Johanem et Mellitum episcopos cum pluribus Monachis. Ecclesia aquilegiensis in duos presules est divisa quorum unus ad gradus presicitur. Mauritius hunos qui et avares dicti sunt plene superavit. Gregorius episcopus postquam annis. xvj. sedit vita hac est defunctus. Anno christi. dcv. Indictione viij. Mauritius utilis imperator cum filijs suis

x Anni salutis 597 Maumethus qui postea tanquam magnus dei propheta leges saracenis dedit. in arabia nascitur

Theodosio et tiberio a Fochace occiditur. Huius temporibus et Gregorij rex longobardorum adolacath christi fidem suscepit. Regina et drudselina fuit devotissima fidei christiane. ad quam beatus Gregorius libros dialogorum transmissit. que fide plena virum suum agylulphum regem ad fidem convertit et pacem cum imperatore romano suasit habere. Sicque festo sanctorum Gervasij et protasij facta est pax inter Romanos et longobardos. Quam obrem eo festo in offitio missae beatus Gregorius cantari instituit. loquitur dominus pacem et cetera. x

Romanorum principum. lv. regnavit phocas annis. v.

Anno urbis. Mccclvj. | Capitulum lv. Anno christi. dcvj. v. Phocas occisis mauritio cum filijs potitur imperio. Hic papa bonifatio regnante decrevit ut ecclesia romana caput esset omnium ecclesiarum. cum usque tunc ecclesia constantinopolitana se primam nominaret. Idem imperator alteri bonifacio pape concessit in romana phanum pantheon quod consecravit in honorem beate marie et sanctorum omnium. Huius tempore persini et veneti civile bellum facientes per egiptum et orientem mutua se cede prostraverunt. Agynulfus rex hoc tempore imperat longobardis. Per hec tempora huius augusti fuit in mensium frigus et lues ab uredine. et messes anuribus sumpte eis quoque fames fuit nimia. Heraclius qui africam administrabat in hunc insurgens cum regno privavit et vita.

Romanorum prin. lvj. Regnavit Eraclius cum filijs suis an. xxxj

Anno nativitatis christi. dcx. Indictione. xiij. Heraclius succedit imperio. hic cum filios suos secum alevit imperio. Huius anno tertio. Cosdroa rex persarum provintias multas imperio romano subditas profligavit ierusalem et venerabilia loca incendit. populi multitudinem ductavit cum Cacharia patriarcha et ligno sancte crucis duxit in persidia. Sed mox ipsum lignum crosidem superato vendicatum est. Veri annorum computatio.

Anno quinto imperij Heraclij constantinopoli moriturus fertur ydropicus. a principio mundi ut ponit militus anno. v. dccc. xiiij. Anno autem christi. dcxiiij. Indictione. s(ecunda). Eo tempore triginta unius annorum. Constantinus eradij filius post patris mortem annis quatuor imperavit. Erichonas cum matre Martina post illum annis imperavit duobus. Constantinus sanctus ex ea familia eo tempore septem mensibus imperavit. Per hec tempora regis persarum uxor nomine cesarea privato habitu cum paucis fidelibus constantinopolim venit amore fidei christiane. hec ignota que est ab augusta et de fonte levata baptismatis comperto a rege persidis quod eius uxor ibi esset ad imperatorem legatos dirigit qui peterent. quod regi persidis. quod eius uxorem redderet. Ad hec imperator respondit se ignorare quid dicerent. ait tamen mulierem privato

habitu apud augustam degere. poscunt legati eam videre adducitur. qua prospecta primi ad eius procidunt pedes, orant ut regrediatur ad virum. Renuntiate inquit regi vestro et domino nostro eius thori fore consortem nisi fuerit christianus. ea omissa regrediuntur legati rei ordinem regi renuntiant. Rex cum. lx. viris ad imperatorem pervenit pacificus ab eo digne ac lectanter suscipitur cum universis qui cum eo erant baptizatur. Rex ipse ab augusto fonte levatur. Augustus illi munera tribuit et recepit. Rex assumpta coniuge et vale dicto consius letus ad propria est regressus. Per hec tempora Sisebuthus rex gothorum in hyspania multas civitates imperio romano subditas vi occupavit. Et abinde cepit deficere romanum imperium. hic etiam rex gentem iudeorum in hyspania habitantem ad christi fidem convertit. his etiam temporibus agnoscuntur ysidorus in hyspania episcopus et beatus Gallus beati columbani discipulus. De ortu secte Saracenorum.

Horum cesarum tempore monachus propheta saracenorum surrexit. qui a fide catholica multos avertit et fidem fedam seminavit astute. Nam idem monachus nomine Sergius ut traditur in errorem nestorij incidens a monachis fratribus expulsus. In arabia venit et maumeto adhesit. Ipsum quoque de novo et veteri testamento plura edocuit. Maumetus enim parentibus orbatus tempore pueritie sub cura patrui fuit. et multo tempore in arabia fuit ut cultu ydolorum quemadmodum in algorano suo testatur se deum dixisse. Orphanus fuisti et suscepi te. pauper eras et locupletavi te. Arabum gens venerem pro deo colebat. Idem est quod sexta feria apud eos est celebris. sicut apud iudeos sabbatum. et apud christianos dies dominicus. Maumetus etiam in tantam prorupit audatiam ut regnum arabum usurpare cogitarit. Cum videret id absque non posse maxime cum eius contribules et potentia prevalerent propheta se esse confinxit ut quos vi cogere non posset simulata religione illiceret. Cum igitur Sergius in omnibus consilio inherebat quem occulte secum habebat confingens quod Gabrielis archangeli affatibus frueretur. sic brevi tempore eius gentis principatum obtinuit Maumetus. Idem Sergius maumetum edocuit ut monachali habitu uteretur gens illa. scilicet cuculla sine caputio. et ut ritu monachorum genuflexiones plurimas orando facerent. et ut diligentia orarent. Et quoniam iudei versus occidentem, christiani versus orientem orarent illos voluit orare versus meridiem. quod et hodie servant. Leges etiam plurimas promulgavit et a sergio traditas ex veteri testamento. Nam lotionibus utuntur frequentibus maxime oraturi cuncta corporis membra lavant ut cum

fidentius orent. De lege saracenorum.

Orantes unum deum confitentur sibi comparari et maumetum illius prophetam. Illum sibi celitus missum. aiunt ut christum christicole et Moisem iudei. has tres sectas aiunt in suo propheta salvari. si legis sue traditesse sint observatores. circumcisiones observant et abstinent a carnibus suillis. Inde in anno integrum mensem ieiunant. lucis tempore in edia peragunt nocturno tempore quecumque voluntas suggerit utuntur ab hora prima usque album a nigro possit distingui usque in noctem abstinent alimonia et cubitu mulierum. post solis occasum usque in lucem sequentem. mulierum permixtione utuntur et quibuslibet ad nescendum debiles in hoc minime obligantur. Semel autem in anno cum recognitionis dei in urbem mecham arabie ubi est sepulcrum maumeti adire properant. Ibique templum inconsutilibus vestibus circuire et lapides per medium femora pro dyabolo lapidando iactare. Eam domum dicunt adam construxisse. et omnibus eius filijs et Abraam et ismael in locum orationis fuisse ac maumetum eam ipsis et eorum gentibus assignasse. Omnibus carnibus nisi porcinis et morticino licite vesci possunt. Uxores simul quatuor legiptimas eis licet habere. et quamlibet usque tertio repudiare. et rursum repudiatam admittere modo quaternarium numerum non excedant. Concubinas licet habere pro voto nec licet suam vendere quam aliquando impregnaverit. Eis licet de propinquitate sua habere uxores. ut propinquitatis vinculum arctius colliget. in possessionum litibus observant. ut actor testibus probet quod asserit. ut reus iuramento se comprobet innocentem. Adulter et adultera pariter lapidantur. Qui cum alia fornicatur. xxx.ta verberibus vapulat. Maumetus suggessit populo sibi a deo nuntiante Gabriele fuisse indultum. ut causa parandi filios virtutis prophetis sibi liceret aliorum uxoribus commisceri. Servus eius quidam gelotipie stimulo uxori sue prohibuit. ne cum maumeto verbum conferret. Eam igitur cum maumeto loquentem servus abiecit. ut adulterij suspectam. Eam maumetus et statim assumpsit. et inter uxores tenuit. Metuens autem populi murmur membranam et delatam confinxit in qua continebatur quod si quis uxorem repudiat eius uxor foret ea qui eam susciperet. quod hodie saraceni habent pro lege. fur prima vice. et secunda verberibus plectitur. tertio manus privatur. quarto pedis mutilatione punitur. a vino semper abstinere iubentur. De beatitudine et premio legem

Observantibus hec et alia ut asserunt lex observantium. gens mandata promissit deus paradisum .i. delitiarum ortum aquis preter fluentibus irrigatum in quo sedes habebunt perpetuas nec frigore aut estu, vel ulla caeteris molestia turbabuntur. Omnibus ciborum generibus

uescent quicquid erit voto eo confestim potientur. Sericis vestibus ea varietate qua volent utentur. Speciosarum virginum vel uxorum concubitus si libebit habebunt. Et quod gemis britudinis ducunt, in accubitu mulierum non deficient nec fastidium eis erit. In lectis aureis occubantes apincernis elegantibus aureis calicibus pocula porrecta libabunt. Lacte vel vino referta et dicent. Comedite et bibite in letitia. In eo amenitatis loco tria flumina sunt visum. s. melis. lactis. et vini fragrantis odore suave et angelos speciosos eo usque magnos quod inter dextrum oculum et sinistrum eorum sit intercapedo quanta sufficeret ad iter diei. His fidem non adhibentibus eternum cruciatus fuant. Quibuscunque criminibus homo sit reus. si hora ultima in maumetum crediderit eius intuentu apud deum salvus erit. Aiunt etiam xpm nostrum maumeti inventu apud deum locum amplissimum habiturum. Sed maumetum omnibus prefuturum. Aiunt et maumetum prophete spiritum habuisse. eo presertim. quod viderent lupum frequenter inter homines venisse. nec idem aderit qui dixerit hic lupus ab eorum conspectu. ut vitas erit. Dicunt et decem angelos huius ministerio abstulisse adeo collatos et quanto dentes quam deus rerum mattam creaverint. maumeti nomen in illius erat conspectu. Et nisi maumetus futurus fuisset nec celum nec terra nec paradisus fuissent et quod lunam in sinum recipiens. In partes duas divisit. Venenum quoque in agnina carne proprinatum asserunt. et agnum locutum dicentem. Cave messias quia in me habeo venenum et tamen post plurimos annos dato veneno interiit. Dicunt etiam non esse ominibus de eorum fide disputandum. Sed statim ense trucidandos qui sine fidem contradicerent. Credunt in unum deum solum omnipotentem omnium creatorem. In quo cum xpianis conveniunt. Sed eorum pseudo propheta maumetus. vera quedam falsis immiscuit videlicet quod moises magnus propheta fuerit. Sed xps eo maior et summus prophetarum extitit ex maria virgine dei virtute absque virili semine. Ait etiam in suo libro alchorano. quod xps puer adhuc dum esset de limo terre volucres pera[...] quod volaverunt. Sed his venenum immiscuit quia xpm non vere passum. nec vere resurrexisse testantur. Sed hominem alium ei similem hec egisse vel passum fuisse. totam evangelij seriem veram esse dicunt usque ad locum quo de xpi passione agitur. Cristiani et iudei quorum maiores presentes ipsi passioni fuerunt testantur xpm penaliter passum et examinatum. Saraceni absentes quorum fides extitit post xpi passionem per annos ultra .dc. xpm non passum fuisse testantur. Utrum tandem fides adhibenda est super hoc a duabus gentibus in hoc concordantibus in aliis dissensionis partibus rei loco et tempore distanti testimonium perhibet.

Romanorum prin. lviij. regnat Constantinus tertius. anni. xxviij. Capitulum. lviij.

Anno nat. xpi. dcxlij. Constantinus tertius cum fratre suo vraclona una suscepit imperium. qui mox ut imperare cepit. Italiam de potestate longubardorum eripere est conatus. Is ab athenis per mare pervenit tarentum mox ut Italiam attigit. Beneventanorum fines invasit. omnes quoque civitates a longobardis possessas. per quas venit Nuceriam firmam apulie civitatem inpugnans cepit et diruit. Mox beneventum diu obsedit ubi Romoaldus Grimoaldi regis filius iuvenis ducatum proprie gerebat. Rhodoaldus igitur subsidium postulat qui celeriter beneventum cum suo exercitu venit. Imperator prius pace facta cum rhodoaldo et accepta obside Gisa illius sorore obsidione dirupta inde abscedit. Neapolim pervenit. Mox romoaldus cum exercitu insequitur. Pugnatur cum longobardis sub rhodoaldo duce per ducem constantini augusti et exercitus imperatoris prosternitur. Rhodoaldus victor trionphans ad patrem in beneventum revertitur. Constantinus imperator cum contra longubardos nichil proficeret Romam pergit. Sexto ab urbe miliario papa vitalianus cum omni populo illi occurrit. Imperator cum ad altare beati petri pervenit ibi palium obtulit auro textum. Et rome dies. xij. manens omnia que fuerant antiquitus ex ere constructa in ornamentis civitatis deposuit templum pantheon sacratum in honore beate Marie. et omnium sanctorum coopimento nudavit. Ereas tegulas inde abstulit. eas quoque cum ceteris ornamentis Constantinopolim misit. Inde rediens Neapolim venit. Inde per mare regium. Mox in Siciliam devenit. v. annis circiter sex mansit et manens Syracusia tales ibi stando crudelitates exercuit per Calabriam Siciliam africham et Sardiniam qualesnunquam ante audite fuerunt. ita ut uxores a viris et filij a parentibus discederent. Hic etiam Papam martinum occidit. Ecclesie quoque sub hoc sunt suis utensilibus spoliate. Ibi tandem manens a suis in balneo est occisus. Huius tempore indictione. vij. solis facta est defectio. Maxentius occiso Constantino seu constante apud Siracusas regnum arripuit. Sed absque consensu exercitus orientis quem quidem milites alij per istriam. alij per partes campanie alij a partibus africe et Sardinie venientes Syracusas cum regno et vita privarunt. Multi ex complicibus trucidantur. alij constantinopoli perducti. cum his etiam est caput falsi imperatoris allatum.

Hec audiens gens saracenorum que egiptum iam et alexandriam occupaverat in Siciliam multis navibus devenerunt. Syracusas capiunt. cedunt prosternunt. Paucis evadentibus qui per munitissima castra et iuga montium confugerunt. Predam maximam inde tollunt precipue ornamenta urbis Rome que imperator inde abstulerat. Regrediuntur mox alexandriam. Filia regis Grimoaldi obses data in Sicilia vita decessit. Mortuo sic impatore constantino et sic punito Maxentio qui regnum invaserat eius constantini filius constantinus succedit imperio. Per tempora vitaliani pape theodorus episcopus et adrianus abbas viri optimi a papa vitaliano in angliam missi sunt qui ibi pro fide utilitatem plurimam contulerunt. Idem theodorus scripsit iudicia peccantium. s. quanto tempore debeat quis satisfacere pro singulis peccatis. Hic etiam vitalianus primum episcopum ferarie constituit ubi ordinavit et misit ex fratribus suis cardinalibus Marinum natione Romanum.

Romanorum principum lviij. Constantinus quartus regnat anni. xvij. Capitulum lviij.

Anno nat. xpi. cclxx. Constantinus quartus superioris augusti filius succedit imperio. Huius tempore orta est Constantinopolim heresis que unam in domino yhesu xpo voluntatem et operationem asserebat. hanc heresim excitaverunt Gregorius patriarcha constantinopolitanus. Macarius antiocenus episcopus. Pirrus Paulus et Petrus. Quam obrem constantinus augustus .cl. episcopos congregari iussit. inter quos etiam fuerunt legati ecclesie romane missi ab agathone papa. Johanes diaconus et Johanes episcopus portuensis qui omnes dictam heresim damnaverunt. Ea hora tante araneorum tele in medio populi ceciderunt. ut omnes mirarentur ac per hoc significatum est quod depulse sunt sordes heretice pravitatis. Et gregorius quidem correctus est. ceteri in sua pertinacia indurati anathematis sunt ultione paulsi. Eo tempore damianus episcopus ticinensis sub nomine Mansueti episcopi mediolanensis, hac de causa satis utilem recte fidei epistolam edidit que in ipsa sinodo non mediocre suffragium tullit. Recta autem et vera fides habet. ut in domino yhesu xpo sint due nature. hoc est dei et hominis. Sic etiam due traduntur voluntates sive operationes. Vis audire de eo quod deitatis est. Ego inquit et pater unum sumus. Vis audire humanitatis. pater maior me est cerne eum secundum humanitatem In navi dormientem. Cerne eius divinitatem. Surgens imperavit mari et ventis et facta est tranquilitas magna. Hec est sexta sinodus universalis constantinopolim celebrata, et greco sermone conscripta tempore agathonis pape in palatio constantini augusti et ipso presente. Moritur imperator in pace cui succedit eius filius minor Justinianus secundus. Per ista tempora theodorus archiepiscopus Ravennatensis qui successit mauro et reputato qui romanam ecclesiam contumacibus cum agathone papa in concordiam venit et plenius illi obedivit.

Romanorum principum. lviiij. Regnat Justinianus secundus anni decem. Capitulum. lviiij.

Anno nat. xpi. dclxxxvij. Regnat Justinianus secundus filius constantini de familia eraclionum minor filius succedit imperio post mortem heraclij omnes principes qui imperaverunt de eius fuerunt progenie. Justinianus iste africam liberavit a saracenis et eius terra marique pacem fecit. Hic Sergium papam quia merorem illius synodi quam constantinopolim fecerat favere et subscribi noluit. misso Zacharia prothospatario suo iussit constantinopolim deportari. Sed militia Ravennatensis et vicinarum partium. Iussa principis nefandi contempsit. cum quoque zachariam ab urbe roma cum contumelijs et iniurijs detulit. Per hec tempora. s. anno xpi. dclxxx. in Anglia claruit Venerabilis beda homeliarum scriptor. Cuius oculi senio caligaverunt. Cuius corpus Janue est translatum. Cuius epithaphium ceptum fuit ab homine sed cum consonantem nesciret explere ab angelo est finitum. Est autem sic scriptum. Hac sunt in fossa bede venerabilis ossa. De hoc legitur etiam quod dum beda iam cecus per valles transitum faceret cum suo duce ait ductor eius illudens. Hic est populi multitudo silentis predicatoris tue expetantis verbum. Ille credulus in fide predicavit cum finem faceret terminavit verbum secundum morem. In nomine filij dei dicens Qui vivit et regnat cum deo patre per omnia secula seculorum. Tum alta voce lapides Amen clamaverunt. In quo ostenditur quantus fuerit in dei conspectu.

Romanorum principum. lx. regnat leo secundus annis tres. Cap. lx.

Anno nat. xpi. dcxcvij. leo secundus imperialem arripuit dignitatem. Justiniano de regno expulso quem exulare fecit in ponto filium non eius tibium nares truncavit. Eo tempore ingens tremotus factus turres multas subvertit. Ratboldus rex frisonum cum iam unum pedem proferret ad baptismum interogavit astantes ubi plures hominum essent In inferno. Ego inquit malo esse cum pluribus et noluit baptizari. quarta de hic die migravit ad inferos.

Romanorum prin. lxi. regnat tibius tertius anni. vij. Capitulum. lxi.

Anno x. dcc. Tibius tertius dictus hysmarus

c̃ leone insurgente regnū eius inuadit postq̄ tres annos regnauerant. Eūq; toto tempore quo regnauit in custodia tenuit. Hoc tpr̄ fc̄a est aquilegie sinodus obpitiam fidei sup huius modi olim fc̄a sunt. Constantinopolim tpr̄ vigilij pape sub iustiniano principe c̃ theodoru et alios hereticos, qui btam mariā solū hominē nō deum, et hominē genuisse asserebant. In qua synodo catholice institutū ē, ut btā maria semp virgo theothocos diceret: qz sicut chatolica fides ht̃ nō hominē solum s; vere deū et hominē genuit. Regnat iterum Justinianus annis. vj.

